



# Specimen practico-theologicum inaugurale de charitate christiana, doctrinae oeconomico-politicae non adversa

<https://hdl.handle.net/1874/311517>

SPECIMEN PRACTICO-THEOLOGICUM INAUGURALE

DE

CHARITATE CHRISTIANA,  
DOCTRINAE OECONOMICO-POLITICAE  
NON ADVERSA.

АКАДЕМИЧЕСКОЕ  
ПОДРУЖЕСТВО ПРИЧАСТИЛ

СИГИЗМОНДА

6.

SPECIMEN PRACTICO-THEOLOGICUM INAUGURALE

DE

# CHARITATE CHRISTIANA,

DOCTRINAE OECONOMICO-POLITICAE  
NON ADVERSA,

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

## PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE

IN THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

in academia Rheno-Trajectina

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

ELIAS FRANCISCUS VAN DISSSEL,

e pago Winterswijk.

A. D. XXVII M. JUNII, ANNI MDCCCLVI, HORA II.

---

TRAJECTI AD RHENUM  
APUD KEMINK ET FILIUS, TYP.

M D C C C L V I .



PATRI OPTIMO CARISSIMO.

SACRUM.



---

*Singulari sane in conditione versatus sum, hocce meum scribens specimen inaugurale. Finitis studiis academicis et examine ecclesiastico peracto, paullatim mihi in mentem venit, me non illum esse qui sancti ministerii munere rite fungi posset. Plurimae difficultates, quas extare olim ne in somniis quidem cogiaveram, mihi se obtulerunt, ita ut post longam deliberationem et multas animi, modo hoc modo illud volventis, curas, aliam tandem ingredi vitae rationem decreverim.*

*Erunt fortasse qui mirentur, me hac animi conditione summos in Theologia honores petere, existimantes melius fuisse et aptius, si Doctoris gradum non appetissem. Quid dicam? Est sane mirum quid hac in re. Verum et antea semper hoc in animo habueram et initium jam feceram examine doctorali defunctus et provinciam hanc deserens, nolo quisquam credat, me parvi facere, sanctissimam, quam nunc pro parte relinquo, caussam et, quod maxime me hortabatur, in intimis erat Patris dilectissimi votis, ut nisi Theologiae Doctor, a curriculo*

*Academico non discederem. Ne quis igitur hoc pietatis officium aegre ferat.*

*Scio sane multis hocce meum specimen vitiis laborare; at tristis domestica calamitas, me impedivit quominus tempore constituto propositum meum aggredirer, et feriae aestivae, studiis meis finem imponerent pernecesse erat, quapropter breve tantum temporis spatum, disquisitioni huic tribuere mihi licuit.*

*Quum autem studia practica prae metaphysicis mihi semper arriderent, non mirum me materiem quae ad vitam communem pertinet, tractandam eligisse. Nesciebam profecto, hancce materiem arripiens, tot mihi obvias fore difficultates. Ignotum mihi erat tot scriptores, tot tamque varias hac de re protulisse sententias; nec magis credo, me ipsum ad claritatem duxisse, per obscuram de paupertate causam, quam hoc ab aliis adhuc factum esse opinor. Est tamen res dignissima quae investigetur et penitus cognoscatur, nam civitatis quies et plurimorum, imo omnium fere, salus, inde magna pro parte pendent.*

*Si alius surgeret, qui multa mei operis vitia perspiciens, eidem rei operam navaret et uberior et melius et clarior de pauperibus scriberet, me quod disquisitione hac id effecisset, satis remuneratum esse ducerem.*

*Si fortasse quis existimet me justo frequentius, aliorum verba citasse, ei dico, honestius mihi visum esse aliorum cogitatis utentem, simul et verbis uti, ne sicut*

*corvus in fabula alienis plumis me ornari deprehendar.  
Haec de meo qualicunque tandem labore sufficiant.*

*Vos hunc compellare animus me jul omnes, quorum  
institutione olim uti mihi contigit vos praesertim  
Viri clarissimi, Academiac Rheno rectinae Professo-  
res quorum lectionibus adfui! Granimo recordor et  
semper recordabor quanta vobis debeam*

*Praesertim tibi maximas ago gratias romotor aestu-  
matissime TER HAAR! qui primo jam orationem in-  
auguralem die, me tibi valde obstrinx: ac nunc mihi  
ab Academia decedenti viam stravisti Dolebas meam  
festinationem impedivisse quominus pnum erga me  
comitate, mihi succurreres. Obiter tantu:lo hanc meam  
disquisitionem inspicere potuisti, veru: maximam tibi  
debeo gratiam quod exiguum temporis:rem, quam  
munus Academicum tibi concedebat, huo: labori im-  
pendere non recusavisti.*

*Quibus vero te alloquar verbis, Pdilectissime!  
Si in memoriam revoco puerilem meae:statem, cum  
Matris piae vix a me cognitae partes esli, si tuum  
erga liberos amorem, felicem juventutemram, liber-  
tatem nobis concessam, educationem, qibi magnae  
erat curae, recordor, penitus sentio, moquam satis  
erga te gratum esse posse. Meridies vita: jam pree-  
teriit, Deus O. M. vesperam ejus tibi f:imam red-  
dat, ardenter ab Eo omnium bonorum F:recamur!*

*Vos denique Soror carissima! Frat:lectissimi!*

*alloqui juvat; arclissime semper inter nos juncti fuimus,  
ne ullum tempus, ullusve casus hocce vinculum solvat,  
verum arclius etiam, si fieri potest, jungat, atque ita  
omnium amor omnium felicitatem augeat, etiam atque  
etiam opto!*

*Commititones ei Amici! vitam communem jam in-  
gressi, vel Aliae Matris adhuc alumni! Valeatis vos  
omnes, nec me, qui vestrum semper memor ero, oblivis-  
camini unquam!*

---

## CONSPECTUS.

### CAPUT I.

§ I.	Quid hac de re contineant Veteris Foederis Scripta.	p. 7.
§ II.	Quid hac de re doceant Novi Foederis Scripta.	„ 19.
§ III.	Objectionum refutatio.	„ 25.

### CAPUT II.

DOCTRINA OECONOMICO-POLITICA DE CHARITATE ERGA PAUPERES. . . . . , 32.		
§ I.	De charitate leniente . . . . .	„ 39.
§ II.	De charitate praeveniente. . . . .	„ 44.
§ III.	De paupertatis causis, in ipsis pauperibus quaerendis. . . . .	„ 47.
§ IV.	De paupertatis causis, aliunde petendis. . . . .	„ 66.
§ V.	Perversae quaedam opiniones . . . . .	„ 73.
a.	De libero concursu. . . . .	„ 73.
b.	De Communistis et Socialistis. . . . .	„ 74.



**H**abemus sane quod laetemur, nostris praesertim temporibus, plures viros doctos studia sua convertisse ad res pauperum inquireendas. Fuere qui de pauperibus non solum loquerentur et scriberent, verum eorum conditionem diligenter etiam et accurate perscrutarentur.

Argumentum hujus studii habemus in litibus hisce diebus inter viros doctissimos Heije et van Limburg Brouwer excitatis<sup>1</sup>; in concione nuper de rebus et commodis pauperum Amstelodami habita, et in concione quae hac ipsa aestate Bruxellis est habenda, mihi agendum est:

---

<sup>1</sup> Vid. Dr. J. P. HEIJE: *Levensvraag voor oogenblik en toekomst*.

Dr. G. A. VAN LIMBURG BROUWER: *Opmerkingen over armenverzorging, enz.*

*De Diakoniën en de Armenwet, Open brief aan Jhr. Mr. J. DE WITTE VAN CITTERS, door J. P. HEIJE.*

- a. de omnibus, quae ad classis laboriosae habitationes pertinent.
- b. De Supellectili.
- c. De Vestimentis.
- d. de nutrimento.
- e. de instrumentis apud industriam et agriculturam in usu.
- f. de religione, et de physica et morali institutione et educatione.

Accurata illa perscrutatio sola ad veras paupertatis caussas cognoscendas via est, quae nos ad rectam paupertatis causarum cognitionem ducere potest, quae una ratio est, qua justa sanandi remedia docemur. Multum tamen abest ut omnium perscrutationes ad eandem conclusionem pervenerint. Varia omnino fuere et etiamnunc sunt sententiae èt de causis paupertatis èt de modis quibus pauperes sublevandi sunt.

Doctrina Malthi: (*De nimia incolarum frequentia.* vide infra.) a nonnullis summis laudibus extollitur, sed, a nonnullis ejus discipolorum in abusum perversa, ab aliis vehementer reprehenditur.

Communistae et Socialistae, quamquam populi et pauperum amici et fautores videri cupiunt, non injuste ab aliis perniciosissimi habentur.

Civitati pauperum cura mandanda est, ait hic, haec unica et vera via est. *Satis facis, si nihil facis*<sup>1</sup>, est proverbium, quod aliis semper in ore est. Nihil ages, nonnulli praedicant, contra paupertatem et pauperismum remedia quaerens, nisi recedas a religionis Christianae praeceptis, quae magis valent ad paupertatem augendam, quam ad eam immuinuendam.

Mera est theoria (ratio nullis fundamentis nitens), quam oeconomici docent, doctrina, et quae fructu caret in vita quotidiana minime est adhibenda.

Est indoles seditiosa hujus saeculi, quae, cum Deo pugnans, omnia quae a patribus accepta habemus, instituta egregia subvertens et perturbans, hodiernae paupertatis caussa habenda est. Libera mercatura, artificum corporum (gilden) abolitio alia foecunda egestatis mater est. Prorsus sic querentibus praecepta historiae negligis, respondebunt alii, jam Carolus V et Elisabetha Brittanniae regina e. c. in mendicos graves constituere poenas coacti sunt; secundum te igitur effectus, jam ante causam exstiterit necesse est<sup>2</sup>.

---

<sup>1</sup> „Laissez faire, laissez passer.”

<sup>2</sup> Vid. in primis hac de re: *Overzigt van de letterkunde om-*

Sunt immensarum opum possessores et conservatores, clamant falsi populi amici, qui horum malorum actores sunt. Nulla sit proprietas, verum omnia sint communia; proprietas furto est aeque paranda<sup>1</sup>; omnia bona inter omnes partiaris, tum demum erit paradisus in terra et aureum redibit saeculum.

Alii, machinarum, inquiunt, inventio, tot opificibus panem eripiens ad inopiam reducit illam hominum classem, quorum res in manibus sita est; — alios vero plane contrarium affirmantes audimus<sup>2</sup>.

Est paupertas institutio Dei, qui homines in variis classes dividit, alium alii servire jubens; extrema est impietas, huic creatoris legi oppugnare.

Necessarii sunt pigritiae imprudentiaeque fructus, sunt omnes pigri ignavique mendici, ait alter.

Est poena Dei irati propter peccata hominum, cave ne poenam subleves.

---

trent het armwezen in de zestiende eeuw, door Mr. J. DE BOSCH KEMPER, in *Nederlandsche Jaarboeken voor Regtsgeleerdheid en Wetgeving*, t. XII. p. 468 sq.

<sup>1</sup> „La propriété c'est un vol.”

<sup>2</sup> DROZ, *Économie politique*. „Les machines ont procuré à la classe laboriense incomparablement plus de travail, qu'ellesne lui ont ôté.”

Est inexplicabile divinae Providentiae aenigma, alios affirmantes audimus, quod frustra solvere conaberis.

Est fructus beneficentiae et liberalitatis quae alit pauperes et producit; ab hac abstineas et sponte sua evanescet effectus.

Ita implentur prophetiae, quae inveniuntur in Litteris Sacris, ait quis, qui auctoritatem scripturae imprimis vindicat. Moses jam dixit<sup>1</sup>, „pauper non desinet e terra tua,” — et Jesus ipse affirmavit<sup>2</sup>; „pauperes semper tecum habes”; ne irrita fiant haec S. Scripturae effata, manet paupertas, ecce vera causa.

Adeo fluctuant hominum opiniones, ut difficile sit, inter varias sibique invicem repugnantes sententias unam eligere, quoniam plurimae aliquid boni, crasso mixtum errori habent.

Quid faciendum igitur? Una, me judice, haec recta via esse potest; videre quid de liberalitate et beneficentia erga egenos, sancta nostra religio praecipiat; — quid usus et vita communis, cui tanquam fundamento superstructa est, saltem esse

---

<sup>1</sup> Deut. XV : 11.

<sup>2</sup> Matt. XXVI : 11.

debet, scientia oeconomico-politica, doceat. Si altera cum altera pugnat, vel haec vel illa in hac quaestione deserenda est. Si vero utriusque effata et praecepta conciliari possunt, tunc praebent normam, secundum quam constituenda sunt omnia quae ad res pauperum pertinent, et principia, quae utraque probat, unice vera sunt habenda. Leges igitur, vel a civitate, vel ab Ecclesia hac de re constitutae, haec tantum principia contineant necesse est, et si hisce principiis obstant, rejiciendae sunt et mutandae.

Nostra igitur disquisitio hoc sibi vult, ut primum videamus, quid de paupertate, de ejus causis, de remediis contra eam doceat S. Scriptura; — tum, quaenam sit doctrina, ab oeconomia politica commendata; et ubi denique de causis et remediis paupertatis inquiremus, patebit, num utraque sibi invicem concilianda sit nec ne.

---

## C A P U T I.

In priore disquisitionis parte primum videbimus, quid de charitate erga pauperes contineant V. Foederis scripta, deinde colligemus et explicabimns, quae hac de re inveniuntur in N. Foederis scriptis.

## S E C T I O I.

QUID HAC DE RE CONTINEANT VETERIS FOEDERIS  
SCRIPTA.

Quominus ante Mosis tempora de pauperibus et de eorum cura aliquid memoriae proditum sit, impedivit brevior historiae conspectus, quem

uno libro Geneseos, qui dicitur, historia plurium saeculorum narretur. Post Mosem plura et egregia commemorantur, qui et ipse praestantissimas de paupertate leges tulit, et praesertim Salomo, si modo scripta ei tributa jure ei adscribuntur, praeclera de ea ejusque causis memoriae mandavit. Brevis conspectus egenorum in regno Israelitico conditionis et gravissimorum huc pertinentium locorum sufficiat.

Si ad conditionem attendimus, qua pauperes in regno Israelitico utebantur, haud praetereunda est totius regni peculiaris conditio, quippe quod a Deo destinatum ad verum unius Dei cultum servandum multis nominibus ab aliorum populorum regimine differt. Ita mercatura Judaeis negata erat ne per communionem cum aliis populis idololatris propensio ad Idololatriam augeretur, cui populus Israëliticus nimis jam deditus erat. Mercaturam non habens, populus praesertim addictus erat agriculturae et rei pecuariae, unde necessario sequebatur, ut non tantum quidem divitiae accumularentur, sed minor etiam esset pauperum numerus; ut etiam hodie in agris paupertas fere semper minor est, quam in iis urbibus, quae mercatura et praesertim industria (fabriken) maxime florent. Mendi-

cos autem proprie sic dictos nullos fere in regno Israelitico inventos fuisse jure inde efficimus, quod nunquam fere in V. Foederis scriptis eorum mentio fit. Vocabulum אַבְיוֹן semel tantum in vulgari nostra versione redditur mendicus, in loco qui invenitur Deut. XV : 4, quod autem vocabulum omnes viri docti, quorum scripta consulere mihi contigit, Michaëlis, Rosenmullerus, Augusti et de Wette, aliquique vertunt *egenum*; totius versus explicationem quod attinet non est quod hic inter varias commentatorum sententias eligamus.

Porro vocabulum *mendicare* שָׁאַל imprimis usurpatum, quando quis rogit frumentum aliave quae terra fert, non vero de pecunia dicitur; sed aliter etiam reddi potest. Eo vero quo dixi modo bis tantum nobis occurrit: Ps. CIX : 10, quo in psalmo atrocem vindictam in inimicum a Deo imprecatur Davides, et nostra sectione orat נָעוּ יְנֻעוּ בְּנֵי בְּנֵי „וַיִּשְׁאַלְוּ וְדָרְשֻׁו מִהְרְכּוֹתֵיהֶם vagantes filii illius mendicent quaerantque stipem e locis desolatis suis.” Ex ipsa illa execratione effici potest, in quanto contemptu mendicorum status esset. Alter locus est Prov. XX : 4, ubi hoc legimus effatum מִרְחָפֶךְ עַצְל לֹא יִחְרַשׁ יִשְׁאַל בְּקַצֵּיר וְאַין Propter hyemen piger non arat: mendicabit in aestate

*et nihil (erit), ubi etiam vocabulum שָׁאַל reddi posset significatione mutuo rogare.* Praeter raram mendicorum commemorationem, alia est ratio unde jam *a priori* efficere nobis licet, mendicorum numerum in regno Israelitico admodum exiguum fuisse. Ratio illa in egregiis Mosis legibus quaeienda est, prohibentibus quominus existerent mendici. Curabat enim quoad fieri posset, ne ita ad ultimam egestatem delaberentur. Huc spectabat *lex de agris restituendis*, anno Jubilaeo, quinquagesimo quoque anno recurrente. Quisque Judaeorum accipiebat agri partem idoneam ad vitam sustentandam. Si quis propter inopiam hunc agrum vendere coactus fuerat, semper tamen pristino domino anno Jubilaeo restitui debebat, idque quidem nullo accepto pretio. Lev. XXV : 10<sup>b</sup> e. c. legitur: *Jubilaeus ille esto vobis ut revertamini quisque ad possessionem suam et quisque ad familiarem suam revertamini; — aliisque locis.* Itaque et illi et ejus posteri ad tempus tantum in paupertate versabantur. Neque injusti quid continebat haec lex, quoniam emptor hujus legis memor secundum eam pretium pro agris solvendum definire poterat. Huc porro pertinet lex, qua vetabatur Judaeus Judaeum, post annum sextum a venditione, contra ipsius voluntatis

tem in servitute retinere. *Si vendatur* (ita legimus Deut. XV : 12 sqq.) *tibi frater tuus Hebraeus aut Hebraea is serviet tibi sex annis: anno vero illo septimo, dimittito eum liberum abs te, quum autem dimittas eum liberum abs te, ne dimittas eum vacuum; liberaliter imposito collo ejus de grege tua et de area tua et de torculari tuo, quo tibi benedixerit Jehova, Deus tuus, data ei.*

Quod institutum a paupertate cohiebat; sic enim efficiebatur ut pauper in posterum, *sibi ipsi providere posset*. Quodsi vero servus vel serva priore opportunitate non usus erat ad libertatem suam recuperandam ipso jure eam accipiebat anno jubilaeo. *Tunc enim* (Lev. XXV : 10 et 41) *proclametur libertas in ipsa terra omnibus habitatoribus suis, tunc egredietur a te ipse (servus) et filii ejus cum eo, ut revertatur ad familiam suam et in possessionem patrum suorum revertatur.*

Ita etiam Moses lege prohibuerat, quominus pignori acciperetur egeni vestimentum, quod noctu indueretur; nec bovem nec asinum, nec vestes viduae orbive, pignori dare licebat, Deut. XXIV : 13 et 17, Exod. XXII : 27 al. Aderant praeterea alia instituta, unde commoda quaedam majora minorave, in pauperes emanarent, quibus annumerandum est

praeceptum, Deut. XIV : 21 et 29. *A fine trium annorum, depromito omnes decimos proventus tui (provenientis) illo anno et relinques (eum) intra portas tuas, quem venientes Levitae et peregrini pupillique et viduae, qui sunt intra portas tuas comedant, et saturentur, ut benedicat tibi Jehova, Deus tuus, in omni opere manus tuae quod facies.* Tum quicunque fructus singulis annis sabbaticis, qui septimo quoque anno redibant, sponte sua in agris nascebantur, his libere uti pauperibus licebat. Vid. Lev. XXV, sect. 4 sqq. *Anno vero septimo, sabbatum cessationis esto ipsi terrae, sabbatum Jehovah; agrum tuum ne seminato et vineam tuam ne putato. Sponte natum ex messe tua ne metito et uvas intermissae tuae vineae ne vindemiato, annus cessationis esto ipsi terrae sed erit fructus Sabbati ipsius terrae, vobis ad comedendum, tibi et servo tuo et ancillae tuae, mercenario etiam tuo et inquilino tuo, qui perigrinatur apud te.* Eodem spectabant praecepta de messe non ita accurate colligenda, ut nihil in agris inopibus relictum maneret, interdictum spicas legendi, vel manipulos per oblivionem relictos repetendi. Huc quoque valebat concessio, qua cuique licebat agrum alienum vel vineam intrare, ejusque fructibus saturari. Haec omnia juncta cum accu-

rata juris possessionis vindicatione et cum magno ad laborem, honestatem, sobrietatemque stimulo, mendicationem avertebant, verum paupertatem non omnino prohibere poterant, ut ipse jam Moses praedixerat: *Non desinet egens e medio hujus terrae;* quem egentem commendabat privatae singulorum hominum liberalitati, nusquam vero ullum occurrit vestigium, unde effici possit, civitati consulendum esse rebus pauperum. Loci porro, qui inveniuntur in libris Mosi adscriptis, nostro consilio quodammodo juncti, praecipiunt justitiam erga egenos, viduas et orbos, lenitatem erga debitores, (Exod. XXII: 28), liberalitatem erga pauperes, usuram non exigendam a pauperibus, quum Moses singulari omnino cura rebus viduarum orborumque consuluit. Ita enim Jehova loquens inducitur: *Ne ullam viduam aut orbum affligite si qua afflictione affliveris eum, nam si tantillum clamet ad me, utique exauditurus sum clamorem ejus, tum accensa ira mea, occidam vos gladio; sic erunt uxores vestrae viduae et liberi vestri orbi.*

Vidimus igitur miti fuisse et liberali erga egenos ingenio Mosem; eum non dixisse de causis paupertatis sed in primis id studuisse, ut ultimum paupertatis stadium praeveniret. Scriptores librorum

sacrorum V. T. post eum, uno excepto, pauca de pauperibus commemorarunt, praeterquam quod non nunquam passim ad benignitatem excitant, ita in Psalmis, in Prophetarum scriptis, rel. Unum tamen excipias necesse est, Salomonem, qui multum de pauperibus cogitavit et egregia docemur in scriptis, quae sub ejus nomine feruntur, in primis in *proverbiosis*. Ejus enim tempore plures fuisse videntur, sua culpa, inopes, hac de re saltem multa inveniuntur.

Operis pretium est animadvertere apud Salomonem jam pro parte inveniri optima principia de paupertate ejusque causis, quae brevissimis verbis enunciata, integros libros valent. Ille jam animadvertisit, assiduum tantum laborem, prudentiam, honestatem, sobrietatem ad felicitatem ducere; vitia vero opposita necessario paupertatem producere. Quam acute ille jam perspexit felicitatem materialem maximam partem a conditione animi pendere; quam eleganter ille jam ante tot saecula, brevissimis proverbiosis ostendit magnum malum civitatis, uberemque paupertatis fontem esse defectum idoneae institutionis; quam vere idem docuit paupertatem plerumque necessarium tantum effectum animi vitorum esse, atque istius modi paupertatem aliorum externis beneficiis atque liberalitate sublevatam, non

minui, verum augeri, unde sequitur tale auxilium pernoxium esse. Sed ne nimis eum laudare videamus ad ipsius Salomonis verba regrediamur. Primarios locos verbo laudabimus. Pulcherrima et scita ejus adhortatio est ad pigrum, Prov. VI : 6 sq.: „*Abi ad formicam, o piger, aspice vias ejus et sape, cum non sit illi ductor, moderator aut dominator, comparat aestate cibum suum comportat per messem escam suam. Quando surges a somno tuo? Pauculis somnis, pauculis dormitionibus, paucula complicazione manuum cubando; interea advenit tanquam viator expeditus paupertas tua, et egestas tua tamquam vir clypeatus.*”

„*Multus est cibus novellantibus pauperibus,*” alia opportunitate Prov. XI : 23; exclamat et quasi haec omnia longiora essent, brevius etiam totam hancce doctrinam Cap. XX : 13 ita expressit; בְּקָרֶה עַיִּינֵךְ שְׁבָע־לָחֶם „*Aperi oculos tuos, satiare cibi.*” Est res nostris temporibus satis nota in civitate, ubi liber concursus vigeat, bene tantum institutum operarium se sustentare posse, quod idem Salomo jam dixerat Cap. XXIV : 29: *Vidisti virum diligentem in opere suo, ante reges consistet, non consistet ante obscuros,* et alio loco Cap. XIII : 18: „*Paupertas et ignominia erit abstrahenti se ab eruditione* מַוְסֵּר (quod alii

potius *disciplina* vertant). Honestatem non a religione tantum et moralitate, verum etiam a recto amore sui valde commendari, minime ignotum est Salomoni dicenti. (Cap. X : 4) „*pauper fiet, qui agit manu dolosa*” et Cap. XXII : 16. „*Qui opprimit tenuem et amplificet rem suam .... tantum ad egestatem* (perveniet).” Quaestionem nostris diebus fere ubique, quin summis collegiis agitatam, quaestionem dico, de spiritu juniperi (jenever), aliisque potibus alcoholicis inebriantibus, etiam Salomo jam tractavit, ejusque miserrimos effectus rite animadvertit: Prov. XXIII : 6, *nam ebriosus et commensator pauper fiet, et panniculos induit dormitator*; et quam facile ebriosus fiat dormitator, copiosius describit in egregia illa ebrii descriptione quam invenias Prov. XXIII : 29—35)<sup>1</sup>.

Haec omnia legens fortasse quis putet, Salomonem, qui tam bene hominum vitia paupertatis causas saepe esse noverit, durum erga egenos fuisse, sed eximie fallitur, ita existimens. Totidem verbis dicit sapiens noster: Prov. XIX : 17, „*mutuat Jehovae, qui gratiose largitur tenui*,” et porro: Prov. XXI : 13, „*qui obturat aurem suam a clamore tenuis*,

<sup>1</sup> Pulcherrime hanc imitatus est vir plur. ven. VAN KOETSVELD in suis: *Zedelijke en Godsdienstige Novellen* tom. I.

*etiam ipse clamabit sed non exauditur.*" Quis haec legens non sponte sibi in memoriam revocat, effata Illius doctoris, qui longe major Salomone fuit: Matth. XXV: 40 Αμὴν λέγω ὑμῖν ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε, ἐνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλάχιστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε, et Matth. VII: 2 Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.

Aliorum V. Foederis scriptorum effata, non est quod afferamus, quia tantummodo laudant et commendant virtutem benignitatis. Possemus igitur hic subsistere et primae disquisitionis nostrae parti finem imponere, nisi accuratius tractandus videretur ejusdem Salomonis locus, qui a nonnullis perperam explicatus arcte cum nostro consilio cohaeret, dico Eccles. XI: 1: **שְׁלַח לְחַמְרָעֵל-פְנֵי הַמִּים כִּי בֶּרֶב הַמִּים**: „*Projice panem tuum ad superficiem aquarum nam multiplicantibus diebus inventurus es eum.*”

Variae sunt hujus sectionis explicationes. Fuerunt inter veteres, qui non alieni a sententia essent, Salomonem hic consilium dare agricolis; *ut prope aquas semina spargerent*, et laudant Aegyptum, ubi Nilus fertilitatis caussa est; — quo vero modo haec explicatio cum contextu convenire possit, id explicatum non invenio; nec credo hebraica verba

על-פְּנֵי-הַמִּים ullo modo significare posse *prope aquas*. Cui tamen sententiae quodammodo favere videntur, Augusti et de Wette<sup>1</sup>.

Dathe putat: „auctorem suadere ut non praesens tantum lucrum et certum appetamus, sed etiam futurum et incertum non negligamus, cum hac tamen cautione, ut non omnia uni committamus, sed plurimis negotia partiamur, quod fit in mercatura per navigationem, nam de hac verba textus *mitte pamem tuum trans mare explicanda esse contextus docet.*” — Quomodo vero contextus hoc doceat, ubi nusquam nec de *navigatione*, nec de *mercatura* sermo est, non video; nec credo tale quid in Salomonis animo esse potuisse qui, — lassus et satiatus terrestri splendore, — divitiarum etiam desiderium *vanitatem* dixerat. Aeque minus facio cum viro doctissimo Hitz, statuente Salomonis sententiam, hoc fere proverbio contineri: „*Una salus victis, nullam sperare salutem.*” — Insanae autem et imprudenter benefaciendi rationi, hoc versu favere voluisse Salomonem probari non potest. Evidem hanc ejus sententiam esse puto:

---

<sup>1</sup> Ita enim vertunt: „Schicke dein Brodkorn übers Meer, denn nach Verlauf des Jahren Zeiten, wirst du es wieder bekommen (vom Acker) aber behalte ein Theil davon zurück.”

*Benefac etiamsi non statim fructus videoas, aliquando illi tibi aderunt; vel in tua ipsius animi conditione, vel in gratia Dei hominumve.* Et recte hanc ob causam vir doctissimus Ewaldus mihi laudasse videtur verba Jesus:, Luc. XVI : 9. καὶ ἐγὼ ὑμῖν λέγω, ἔαυτοῖς ποιῆσατε φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. — Aliis verbis Salomonis sententia hue redit: *Facias, quae beneficienda esse putas, cetera vero Deo relinquas.* — Cui interpretationi etiam multos assentientes habeo.

Itaque vidimus curam de pauperibus, V. jam Foederis scriptis, valde commendari, hanc autem curam fuisse privatam et imprimis id egisse ut paupertas, antequam exstitisset, averteretur.

---

## SECTIO II.

### QUID HAC DE RE DOCEANT Novi FOEDERIS SCRIPTA.

---

Nec minus pauperum caussam sancto nostrae religionis Conditori, ejusque Apostolis curae cordique fuisse videbimus. Locos huc pertinentes, quantum opus erit, nunc afferemus. — Animadvertisendum

autem in N. Foederis libris aequo ac in V. Foederis raro tantum mendicorum mentionem fieri. Eorum tamen numerus postea auctus esse videtur. In versione nostra vulgari, vocabulum *πτωχὸς* in una tantum narratione per *mendicum* redditur (in comparatione viri divitis et Lazari), in reliquis locis omnibus per *pauperem*. Utraque significatio huic verbo inest, quamquam radix magis priori quam posteriori significationi favet<sup>1</sup>. Verum mendicacionem magis auctam esse, satis probabile redditur, parabolâ *de dispensatore iniquo*<sup>2</sup>, qui cum quid sibi faciendum esset, nesciret, ita loquens inducitur: „ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι,” unde hoc ἐπαιτεῖν in usu fuisse, quod alioquin ei numquam in mentem venire potuisset, tali modo victum quaerere. Huic sententiae historia etiam favere videtur. Nam multa bella et frequentes rebelliones, non potuerant non in paupertatem redigere populum Israëliticum. Nec aliter fieri potuit, quin perversa Pharisaeorum erga pauperes agendi ratio mendicos procrearet. Ex hoc dicto „ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι” et Paulino effato in altera ad Thess. epistola cap. III : 10 τοῦτο παρηγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι,

<sup>1</sup> Vid. Bretsneideri lex. a. h. v. <sup>2</sup> Luc. XVI : 1 sqq.

*μηδὲ ἔσθιέτω*, et ipsius Pauli per manuum opus, victum sibi querentis exemplo, efficere quodammodo possumus, mendicationem jam tunc viro sano, opprobrio fuisse. — Quantopere vero religio Christiana liberalitatem, sectatoribus suis, suadeat, cuivis, qui vel obiter Scripturam S. inspexerit, notum est.

In amore erga proximos amor erga Deum et Christum conspicuus esse debet, et, quia egeni et inopes, maxime auxilio nostro egent, muneralitatis virtus prae ceteris commendatur, idque verbis gravissimis, quae magnam mercedem piis pollicentur, sed severas poenas duris minantur; — est quasi initium et finis doctrinae Christianae. In oratione jam montana, quae dicitur, multa et egregia hac de re praecepta reperiuntur, Matt. V:7, *μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.* Et Cap. VI hujus Evangelii, ubi <sup>1</sup> Jezus *δικαιοσύνην* veri nominis describit, qualis hominem Christianum decet, primariam hujus *δικαιοσύνης* partem, *ἐλεημοσύνην* esse docet.

In descriptione postremi judicii Matt. Cap. XXV: 34, *οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός, κληρονομήσαντες*

<sup>1</sup> *δικαιοσύνη* enim sectione prima pro vulgari *ἐλεημοσύνη* legendum esse cum viro doctissimo G. van Gorcom statuo thesi IX, adjecta specimini inaugurali.

*τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς βασιλείαν*, intelliguntur illi, qui omnibus modis auxilium tulerunt egenis; verum (s. 41) *οἱ κατηραμένοι, πορεύενθες εἰσ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγελοῖς αὐτοῦ*, sunt duri illi, quos nunquam aliorum dolores commoverint, qui sibimet viventes, aliorum felicitati nunquam consuluerint. Si autem quis credat, in N. Foederis scriptis multa inveniri, de paupertatis causis, et de optimis modis, quibus huic malo mederetur, egregie fallitur. Altiora spectabat religio Christiana, quippe quae causas indicaret, inopiae spiritualis, totius generis humani, contra quam inopiam unicum tantum et verum remedium Jesus Christus dedit. Ut eam enim tolleret, vixit Christus et mortuus est, *πτωχὸν τῷ πνευμάτι μακαρίους* reddere, iisque *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* communicare, excelsum Ejus erat propositum; hoc quoque omnibus suis viribus spectabant Apostoli. De ipsius vero virtutis indole plura egregia docemur. Amor erga proximos nos ducere debet in beneficiis tribuendis, docet religio Christiana, nisi hic est fons unde oriatur liberalitas nostra, haec nullius pretii est habenda. Ev. Matt. Cap. VII:12 legimus: *Πάντα οὖν ὅσα ἀν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτως*

*καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.* Haec est lex et ut ita dicam norma, quae nostram erga alios agendi rationem regere debet, et quia omnibus felicitatis desiderium innatum est, id imprimis agere debemus, ut quantum in nobis est, alios felices reddamus. — Remedia igitur, quae initio prodesse quidem videntur, verum postea nocere reperiuntur, plane sunt improbanda; quod teneant ii velim, qui donis inconsiderate spargendis, mendicationi saepe et immoraltati favent, et suum afferunt, ad unum maximorum malorum retinendum, perniciosissimum cum singulis civibus, tum toti civitati. Inter ejus modi liberales sed imprudentes homines interdum plures inveniuntur, qui solo amore sui moti agunt; nimirum magis cupiunt, pauperes eorumque ingratum adspectum effugere atque a se dimittere, quam ipsis pauperibus benefacere; — nisi tales sunt quales *οἱ ἀποκριτὰί* tempore Jesu liberales erant: qui revera id agunt „*ὅπως δοξαζθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων*“. utrorumque liberalitas non minus a Christiana benignitate remota est, quam a prudentia, doctrinâ Oec-politicâ, praescripta, distat. Egregie Jesus Matth. Cap. XXVI, ubi ultimum describit judicium, docet, nos minime officio nostro tamquam Christians funtos esse, si pecunias quasdam pauperi-

bus distribuerimus, unde fortasse majus malum quam bonum nascatur, sed huc quoque pertinere, ad carceratos venire et aegrotantes visitare. Nec magnitudine donorum, secundum nostram religionem, eorum pretium constat: *δις ἐὰν ποτίσῃ ἔνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μονὸν εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὅμιν οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ,* (Matt. 10:42). Quod Christi effatum omnino convenit eum Ejus judicio de paupera vidua, quae duos minutos nummos in aerarium immittens, *πλείω πάντων* immisisset (Luc. XXI:1—4.) Hisce consentaneum est, ut si quis institutione sua, verbis, visitationibusque felicitatem aut moralem vel materialem augeat, ille veri nominis sit liberalis pauperum amicus et benefactor.

---

### SECTIO III.

#### OBJECTIONUM REFUTATIO.

---

In praeceptis et effatis, quae contemplavimus, nulla noxia inveniri fere omnes assentientes me habere credo. Quod autem in vitâ quotidiana

saepe accidat, ut rei vel homini fere majus damnum inferatur ab amicis ingratis quam ab inimicis, hoc quoque verissime de nonnullis praedicari potest qui dum religionis Christianae amicos se jactitant hujus nomine et auctoritate abutuntur. Sunt hi amici noxii et ingratii..... Communistae. Illi totidem verbis affirmant, Christum primum fuisse et maximum Communistam, et religionem ab Eo conditam, communisticam redolere indolem. Communismum ét falso principio niti, ét in vita communi applicari non posse, et si applicaretur, societatis et familiarum felicitatem tum moralem, tum materiale funditus deleturum esse, recte et jure observarunt hujus doctrinae adversarii, qui communismum improbantes, nostram simul religionem, hac in re saltem condemnarunt. Nos autem negamus communismum inter et religionem Christianam ullam esse necessitudinem. — Christus quidem adhortatus est suos, ut proximos eodem, quo se ipsos, amore completerentur; ut omnium felicitas iis cordi esset (dum ex comunismo omnium miseria necessario sequi debet), ut pauperes, si necesse esset, opibus suis adjuvarent, verum numquam *jus* omnium in aequalem divitarum portionem agnovit vel constituit. — Nec narratio juvenis divitis ad

Jesum venientis, et triste abeuntis, quae invenitur Matt. XIX: 16 sqq. ullam habet indolem communisticam. Juveni et dare licebat et retinere opes suas, plane liber hac in re erat, et consilium Jesu erat, juveni illi, nimis sibi placenti, monstrare quantum ei adhuc deesset.

Religio Christiana suos sectatores ad laborem excitat, ut aliiscum fructus communicare possint; — communismus a labore avocat, quia communistae labor nihil affert. Commendat quidem CHRISTUS amplissimam erga egenos liberalitatem, et optandum sane esset, plures Ei haec praescribenti sic obedire<sup>1</sup>, ut non tantum opes suas pauperibus dare vellent, verum etiam studiosius eorum causam tuerentur et curarent. Attamen hoc inter praeceptum et communistarum doctrinam, magnum intercedere discriben ante oculos est. Ipsae adhortationes ad muneralitatem, probant quam procul a communistica distat doctrina Christiana<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Vid. Dr. L. S. P. MEYBOOM, *Leven van Jezus*, t. I. p. 232.

<sup>2</sup> Nec profecto immemores esse debemus, peculiaris, quae tunc obtinebat, conditionis temporum. Egregie hoc exposuit ALFRED SUDRE, *Histoire du Communisme*, Cap. IV, pag. 42, 3<sup>a</sup> edit., ubi haec legimus: „Au moment où la révélation Chrétienne fut apportée aux nations, elles étaient en proie à une profonde corruption de moeurs: les riches et les puissants de la terre

Sed objiciunt alii, quamvis disertis verbis bonorum communionem non commendaverit Christus, historiam testem habemus, primum statim Christianum coetum Hierosolymitanum communisticam hanc rationem secutum esse; — quod non negamus, quamquam ex ANANIAE et SAPPHYRAE historia, luculenter appareat, neminem ad bonorum communionem coactum fuisse, in *Actis enim Apostolorum*, Cap. V:4 haec Petri ad Ananiam verba legimus: *Nonne si servasses (agrum) manebat tibi et venundatum in tua erat potestate?* Ubi talia verba enunceantur, com-

---

s'abandonnaient au goût effréné des voluptés et cherchaient dans la rapine et l'oppression les moyens de satisfaire des passions désordonnées. Comme l'industrie était peu développée, le travail voué au mépris, la violence et la ruse étaient le plus souvent l'origine de l'opulence. Il fallait rompre avec les habitudes d'une telle société.... Si l'on songe d'un autre côté à la grandeur de la mission des premiers propagateurs de l'Evangile, à l'immensité des obstacles qu'ils avaient à vaincre, aux fatigues et aux perils qui les attendaient, à la persécution et au supplice qui devaient couronner leur glorieuse carrière, on comprend que le soin des biens terrestres, les soucis de la famille fussent inconciliables avec un tel apostolat. Mais ces préceptes spéciaux ne sauraient évidemment s'appliquer à tous les hommes, ni infirmer cette approbation explicite, que Jesus a donnée aux grands principes sur lesquels répose l'organisation de la société temporelle,”

munismus, proprie sic dictus, haud regnat<sup>1</sup>. Porro probe tenendum est coetum Hierosolymitanum, prae ceteris inopia laboravisse, quae tamen ut aequi simus, partim etiam pluribus persecutionibus, quae Hierosolymis obtinebant, tribuenda est. Quid? quod de nullo alio coetu, illa bonorum communio memoratur. Merito igitur hoc historicum argumentum non magni pretii habemus et ex dictis concludimus, Christianismum minime spirare indolem communisticam.

Alii ita dicunt: religio Christiana licet communistica non sit, primaria tamen ejus doctrina est, parvi facienda esse bona hujus terrae et animum praesertim intendendum esse ad bona aeterna. Homo igitur vere Christianus magis coelis quam terrae vivens, impar est ad producendum, quare, quod ad materialem felicitatem attinet, damnum affert religio Christiana. Et sane libenter concedimus

---

<sup>1</sup> Vid. in primis ALFRED SUDRE, l. l. Cap. IV, pag. 45, ubi haec leguntur: „Ce qui attire sur les deux époux la vengeance céleste ce n'est point la rétention d'une partie de la somme, mais leur mensonge. Il résulte de cet épisode, que parmi les compagnons des apôtres, l'abandon des biens était spontané et n'avait rien d'obligatoire; qu'il était un acte méritoire, mais non un devoir.”

coelestibus bonis religionem Christianam postponere terrestria, quod maxime etiam in votis habemus; conclusionem vere falsam esse contendimus. Non spirat religio Christiana indolem felicitati materiali inimicam; ipsius Jesu miracula quae plerumque, mala corporis sanant contrarium jam docent.

Memini me, aliquando virum clarissimum Opzoomer, tales objectionem contra religionem in genere, in una alterave lectionum publicarum luculenter refutantem audire, cum historiae ope probaret, populos sanae religioni maxime deditos, semper (nisi ad tempus noxiae quaedam accederent causae externae) maxima etiam felicitate materiali frui solere. Et sane si oculos convertimus e. c. ad Britanniam, ad Americam septentrionalem et ad patriam nostram, indole religiosa insignes et adspicimus contra Italię, Hispanię, Turciam; ubi vel supersticio veram religionem expulit, vel ubi haec religio non regnat, nihil est sane quod comparationem, de felicitate materiali instituendam, metuamus. Et quomodo quae-  
so religio Christiana, sectatores suos honeste, temperanter, pie, laboriose vivere jubens et ita prae-  
cipuas paupertatis causas removens, paupertatem ipsam alere posset. Pulcherrimum et altam spirans sapientiam, est Jesu hac de re effatum, ubi Evang.

Matt. Cap. VI: 33: Ζητεῖτε δὲ πρῶτον, inquit, τὴν δίκαιοσύνην καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Egregie alicubi exposuit DE KEIZER<sup>1</sup>, quomodo Ζητοῦντι τὴν δίκαιοσύνην καὶ τὴν βασιλείαν, quasi sponte sua accederent bona terrestria, et quemque Christianum excitavit ut his armis paupertatem repellerent.

Sunt etiam, qui nobisobjiciant Christum ipsum docuisse, imprudenter et temere beneficia effundenda esse, provocantes ad Evang. Matt. Cap. VI:3 ubi haec leguntur: σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. At vero, sectio secunda, ubi invehitur Jesus in hypocritas, curantes buccina coram se cani, cum eleemosynam darent; et prima pars sectionis quartae: ὅπως ἡ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ, satis superque ostendunt, Jesum his verbis probare noluisse eos, qui imprudenter benefici sint, nulla ratione habita nec hominis, neque temporis, neque magnitudinis doni, verum eos laudasse qui modeste benefacerent, amore Dei ductos, neque ὅπως δοξασθῶσιν ὑπό τῶν ἀνθρώπων. Haec sunt quae religioni Christianae praecipue objiciuntur,

---

<sup>1</sup> *Stichtelijke overdenkingen*, 1855.

reliquae criminaciones si quae sunt, minoris momenti sunt habendae, quapropter ad alteram disquisitionis hujus partem transgredi nobis licet, in qua doctrinam oecon-politicam breviter explicaturi sumus.

---

## C A P U T II.

### DOCTRINA OECONOMICO-POLITICA.

#### DE CHARITATE ERGA PAUPERIS.

---

Longe abest ut doctrina Oeconomico-politica, omnibus numeris perfecta sit et absoluta; ac verissime *A. E. Cherbuliez*: Nondum, inquit, problema paupertatis solutum est. Disciplina nimirum haec negativa magis, quam positiva docet. Dijudicat remedia, quae adhibentur vel proponuntur. Sed ipse talia remedia invenire non ejus est. Viri insuper qui huic scientiae operam dant, minus inter se convenient, quam optaveris. Alii<sup>1</sup> nimiam

---

<sup>1</sup> Malthus: *An essay on the principles of population*. Vid. ejus systematis explicationem infra pag. 43.

incolarum frequentiam fontem mali habant, unde mercedis imminutio, morum depravatio, mendicatio alia pariantur; unde sequatur necesse sit, futuros esse nonnullos quibus nullum idoneum sit nutrimentum;<sup>1</sup> alii vero de nobilissimo hoc Malthi opere sententiam tulerunt prorsus improbantem uti Drosius.<sup>2</sup>

Alii denique, illique benemulti huec Drosii sententiae sese opposuerunt.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Ita Malthus: „Un homme,” ait, „qui naît dans un monde déjà occupé, si sa famille ne peut pas le nourrir, ou si la société ne peut utiliser son travail, n'a pas le *moindre droit* à réclamer une portion quelconque de nourriture et il est réellement de trop sur la terre: *Au grand banquet de la nature il n'y a point de couvert mis pour lui.* La nature lui commande de s'en aller, et elle ne tarde pas de mettre elle même, cet ordre à exécution. Vid. *Collection des principaux économistes*, t. VII. Malthus: *le principe de la population*.

<sup>2</sup> (Droz, *Economie politique*). Je suis bien trompé, si cet ouvrage de Malthus, ne doit pas son succès, moins à ce qu'il offre de juste et de vrai, qu'à ce qu'il contient, d'exagéré et inexact. Les hypothèses romanesques et les calculs imaginaires de Malthus s'éloignent trop de la vérité, pour être des documents précieux.

<sup>3</sup> Vid. Charles Comte, qui in disputatione quae inscribitur: „*Notice sur la vie et les travaux de Malthus*” eum appellat: „l'écrivain qui tendait à substituer l'observation rigoureuse des faits, à de vaines spéculations et à faire reposer ainsi la science sur une base inébranlable.” Joseph Garnier, de sen-

Doctrina Oeconomico-politica principia quaedam indicare sane potest, quibus pauperum cura respondere debet. Sed ejus effata non unica sunt, quae audiri oportet; nondum omnia regere valet ars in qua tanta discordia regnat. — Perscrutatur et indicat effectus legum quae huc usque vigerunt; investigat caussas paupertatis, ortas e perversa civitatis oeconomia; investigat quomodo illa turbas et difficultates mercatura et productioni objiciat et ita felicitati communi contraria sit; quomodo nimia donorum largitione paupertas propagata sit et aucta. Sed quaestio illa difficillima, utrum civitati pauperum cura mandanda sit nec ne, nequaquam adhuc soluta est. A. E. Cherbuliez in disputatione de charitate quatuor haec doctrinae oeconomico-politicae postulata memorat:

1°. Charitas sit et *leniens* et *praeveniens* sed in primis *praeveniens*, ita ut causas paupertatis tollat.

2°. Charitas illa *praeveniens*, exerceri potest ab

---

tentia modo allata in notis ad Malthi opus haec dicit: „Cela est effrayant, mais Malthus ne l'invente, ni le conseille, il le constate et il en avertit le père de famille et tous ceux qui coopèrent à la multiplication des hommes, hors des proportions avec les subsistances. Au lieu de „*n'a pas le moindre droit à réclamer*,” mettez: „*réclame en vain*” et la phrase de Malthus sera l'expression pure et simple de notre état sociale.”

hominibus inter de invicem consociatis; praesertim illis institutionibus quae belgice dicuntur „*spaarbanken*” en „*hulpkassen*”, et talibus porro ubi instituantur pauperes.

3°. Hoc sibi praesertim proponat charitas, ut potius mores pauperum quam eorum conditionem materialem emendet.

4°. Ut sit efficax vero semper amore Christiano imbuta sit charitas illa<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> Integer locus sic se habet: 1°. La charité doit combattre les causes de l'indigence, c'est à dire la prévenir en même temps qu'elle s'applique à la soulager. Elle doit travailler à détruire la misère, plutôt qu'à la secourir, elle doit être à la fois *préventive* et *subrente*, mais surtout et toujovrs préventive, car la subvention a ses bornes, tandis que la prévention n'en a pas.

2°. La charité purement préventive, peut s'exercer collectivement, pour établir par exemple des caisses d'épargne, des sociétés de secours mutuels, des sociétés d'instruction mutuelle et d'autres institutions de ce genre.

3°. La charité à la fois préventive et subventive doit s'exercer individuellement, au moins tant qu'il s'agit de l'application même des secours et son action doit avoir pour but principal et permanent de modifier les dispositions morales de l'indigent en autant que possible sa position prise en totalité, plutôt que de satisfaire à ses besoins matérielles et de lui épargner des privations présentes.

4°. La charité ne saurait se montrer efficace et travailler réellement à détruire la misère et à prévenir l'indigence, que

Quibus adjungam.

5°. Benignitas curet, ne sua causa mercedes opificum imminuantur, neve illorum quibus dona impertiuntur conditio, opificum conditione melior sit.

6°. Prohibeat quominus pauperes auxiliis ab aliis acceptis ita fidem suam reponant, ut minus sibi ipsi prospiciant. Finis igitur benignitatis semper hic sit, ut pauper ipse sibi curare valeat.

Distinctio quam fecit Cherbuliez necessaria est ne haec vel illa negligatur, aut inter se permisceantur. — Sunt scriptores, qui humanitatis omnino studio ducti, nimis hanc charitatem lenientem commendant, non reputantes, se ita agendo charitati praevenienti adversari; quibus omnes annumero, qui civitatis curam perpetuam esse jubent. Quod systema constantissime applicatum est in Anglia, notissimâ illâ de paupertate lege, quae inde

---

si elle est toujours et avant tout charitable, c'est à dire si elle est une oeuvre de bienveillance et d'amour, non d'ostentation ou de méprisante pitié; si elle est affectueuse dans ses formes, patiente et active autant que ferme et vigilante, si elle emploie enfin pour atteindre son but, cette action personnel, ce patronage naturel, que tout homme exerce, quand il le veut, sur ceux qui ont besoin de lui." Vid. *Dictionnaire de l'économie politique*, in voce *Bienfaisance publique*.

a tempore Elisabethae reginae ad a. 1835 usque  
regnavit vel potius saeviit<sup>1</sup>.

Alii contra summo jure charitatem praevenientem  
maximi faciunt, sed nimis interdum charitatem  
lenientem improbant. Egregio nituntur principio,  
at modum excedunt. Docent enim quemque sibi  
prospicere oportere et benignitatem privatam vel  
ecclesiasticam iis tantum consulere decere, qui sibi  
ipsi consulere a natura prohibeantur. Egregium  
sane principum et unice verum est, sed quod statim  
induci non potest. Conditio ut ita dicam abnor-  
malis est qua, pauperum curâ civitati mandatâ,  
utuntur èt privata liberalitas èt ipsi pauperes. Haec  
enim liberalitas, curâ civitatis nitens paullatim

---

<sup>1</sup> Quam ita descriptam invenimus: „Eene nationale instel-  
ling, om den arbeidzamen en eerlijken man te gronde te rig-  
ten, doch den luiard, zorgelozen en slechtaard te bescher-  
men; een stelsel om de vorming van kapitaal te voorkomen,  
het bestaande te vernietigen en den belastingschuldige tot  
armoede te dwingen, een slagboom voor de nijverheid, een  
belooning van onvoorzichtige huwelijken, een prikkel tot ver-  
meerdering der bevolking, een premie op onwettige kinderen,  
ouder- en huwelijksliefde gelijkelijk ondermijnd.” Ziedaar  
de omschrijving, welke ons van de armen-wetten wordt gege-  
ven, en wie zal beweren dat die te sterk gekleurd is.” (Mr.  
Augustus Philips, *De Engelsche armenwetten, naar inhoud en  
werking geschetst*, pag. 34.)

minuitur, pauperes item qui dudum a civitate sustentati sunt, ejus auxilio statim carere non possunt. Paullatim potest et debet sanari morbosa haec conditio.<sup>1</sup>

Magnum discriminem quod obtinet charitatem lenientem inter et praevenientem in eo situm est, quod illa effectus, haec causas tollere studet. At quamquam universe hoc utriusque discrimen characteristicum est, saepe tamen vix distingui possunt. Paupertatis enim effectus iterum causae fieri possunt, ut charitas leniens in praevenientem transseat. Sic e. c. usus et abusus alcoholicorum, qui multis paupertatis caussa est, in genere tamen magis ejus sequela habenda est.<sup>2</sup>

Nimia incolarum frequentia caussa paupertatis est, sed ejus effectus etiam esse potest. Matrimonia enim imprudenter inita, praesertim tunc occurront quando nec viro nec foeminae ulla est conditionem meliorem reddendi spes.<sup>3</sup>

---

<sup>1</sup> Hac in re imprimis valent verba Garnieri: „Il n'y a de réformes durables, que celles qui s'accomplissent peu à peu.”

<sup>2</sup> Videatur disputatio, quae invenitur in diario: *Tijdschrift voor Statistiek en Staathuishoudkunde*, van Sloet tot Oldhuis, 1841. „Het misbruik van sterken drank, geen oorzak, maar gevolg.”

<sup>3</sup> Les gens qui n'ont absolument rien, comme les mendi-

§ I.

DE CHARITATE LENIENTE.

Quamquam autem in nonnullis vicinae sunt duas illae, de quibus dixi, sublevandi rationes, natura tamen magnopere differunt. Ad charitatem enim lenientem pertinet primum, omnis privata liberalitas, quae e singulis hominibus profecta sive e pluribus, societatis vinculo junctis, qualicunque modo egenorum conditionem continuo leniunt; quibus annumerandae etiam sunt plures consociationes quae variis nominibus idem propositum habent, uti varia hospitia e. g. ad infantes expositos recipiendos, ad puerperas tuendas, consociationes e. g. Dorcadis, Vincentii da Paulo (de cuius tamen proposito varie judicatur), ciborum distributiones, domus ad jus coquendum (soepkokerijen), hospitia ad senes et vetulas recipiendos, alia, quibus nostra praesertim

---

ants, ont beaucoup d'enfants; c'est qu'il n'en coûte rien au père pour donner son art à ses enfants, qui même sont en naissant, des instruments de cet art." (Montesquieu, *Esprit des lois.*)

patria abundat; alia indolem mixtam habent e. c. Nosocomia, orphanotrophea (weeshuizen), lavatrinae (waschhuizen), officinae pauperibus destinatae (werkhuizen), sociates ad colonos deducendos, s. ad terras incultas frequentandas, pauperum patronatus etc.

Quatenus privatae sunt istiusmodi consociationes, liberas eas esse oportere sponte patet: nemini enim competit earum agendi rationem cogere, aut vi moderari. Tantum monendum est frequentissimam ibi esse paupertatem ubi plurimae istiusmodi consociationes adsunt charitatis; indicandum est pauperes tali beneficentia, nisi extrema prudentia adhibeat, potius augeri quam sublevari, atque ita, dum benefacere cupiant èt pauperibus èt toti adeo civitati magnum injungi malum. Ne vero quis putet haec praecepta adversari liberalitati christiana, aut multos, metuentes ne nimium faciant, nihil amplius facturos esse<sup>1</sup>. Christianus qui hoc nomine vere dignus est, semper plura inveniet quae ipsi facienda sunt, et recte sapiens

---

<sup>1</sup> Recte in libro qui inscribitur *Annales de la charité* (1855), *Introduction*: „Il y a beaucoup à faire pour guérir cette immense maladie des nations, que les économistes et les administrateurs appellent le *pauperisme*.”

prudenterque agens, iis qui maxime inopia premuntur, opem ferre poterit, quod sane unicum ejus consilium esse debet.

Ex iis quae dixi satis patet me nullo modo assentiri eorum sententiae, qui omnem pauperum curam civitati imponant; quae cura pauperibus ipsis noxia est. Propagat enim perversam falsamque opinionem cuique *jus auxilii* esse<sup>1</sup>, quae semel probata ac recepta miserrimos secum affert eventus. Monet pauperes non sibi ipsis sed aliis confidere, omnem animum gratum tollit, auxilium liberum convertit in *jus*, quod *petere* possunt; si enim civitati *officium* pauperes juvandi injunctum est, etiam illi id *poscant* necesse est<sup>2</sup>:

---

<sup>1</sup> *Droit de vivre, droit de travail.*

<sup>2</sup> Recte Vir consultissimus Mr. Boer, in opuseulo cui titulus est: *Beoordeeling van de denkbeelden enz. van Tydeman en Heemskerk*, (Gids 1852): „Wij kunnen ons,” ait, „geene regten of pligten denken, welke voor geene opvordering of ten uitvoer legging vatbaar zouden zijn. De arme heeft *regt* of *geen regt* op onderstand, en van staatswege staat hier tegenover *verpligting* of *geen verpligting*.” Qua in causa assentientem etiam habet virum egregium Blaupot ten Cate, alioquin ab eo dissentientem. Hoc autem auxilii accipiendi jus non adesse idem Boer egregie demonstrat. I. l. haec ipsa ejus leguntur verba: „Uit een regtskundig oogpunt is het

Cui quidem sententiae plerique oeconomici assentiuntur<sup>1</sup>.

---

denkbeeld van regt niet minder te verwerpen. Denkt men zich een maatschappij in hare kindschheid, dan kan men aannemen, dat al hare leden even rijk zijn. Eerst langzamerhand worden sommigen door meerdere werkzaamheid of meerder geluk rijker dan anderen en dit klimt ten slotte op, tot de grootst mogelijke ongelijkheid. Niemand kan ondertusschen ontkennen, dat alle rijkdommen door arbeid zijn voortgebracht en door arbeid of besparing vermeerderd. Hoe zou men nu aan den minder gegoede een regt op de vruchten van den arbeid en de besparing zijns medeburgers kunnen toekennen, zonder die eerste beginselen der regtvaardigheid met voeten te treden. De wet die dergelijk regt huldigt, wettigt den diefstal en huldigt den straatroof.”

<sup>1</sup> Sic e. g. Cherbuliez, *ut unum e multis citemus, de pauperum cura civitati mandanda et alia et haec*, ait: „La charité légale est donc le plus vieux de tous les modes d'assistance, car c'est celui qui produit l'attente la plus fondée et la plus générale, surtout lorsqu'il est combiné, comme en Angleterre avec la taxe des pauvres, lorsqu'un droit absolu des indigents, correspond une charge illimitée pour la société. La bienfaisance publique dès que son action devient régulée et notoire, est toujours nuisible, non pas seulement à la société prise en masse, mais aux pauvres en particulier, *nuisible à ceux qu'elle assiste*, nuisible à ceux qu'elle n'assiste, pas, nuisible morallement et physiquement, nuisible à proportion même de la liberalité de ses intentions et de l'étendue des moyens qu'elle emploie. Si elle n'était pas condamnée par l'économie poli-

Pauperum patronatus praesertim a Suringario nostro, nobilissimo illo pauperum amico, commendatus, ad mixtam pertinet charitatem et id in primis sibi vult ut morum bonitati prospiciatur. Morum enim perversitas, non minus saepe causa paupertatis est, quam necessaria ejus comes. Quem patronatum, si ubique cum Christiano amore recipitur, inter optima et religiene Christiana dignissima instituta habemus. Easdem laudes nulli alii tribuere possumus instituto. Nonnullis multum quidem boni inesse ubentur fatemur, sed eadem hoc malum necessario, ut videtur, sibi adjunctum habent, ut pauperes doceant, curam sui, uxoris, liborumque a se in alias rejicere, et nisi maxima cura adhibeat, omnino magis nocere, quam prodesse videntur haec instituta. Imprimis vero hospitia, infantibus repositis recipiendis, propterea improbanda esse censeo, quod prae ceteris mores corrumpant et pervertant, sublevando impudicitiae sequelas. Hoc

---

tique elle devrait l'être par la philanthropie." Eodem fere modo plures etiam inter nostrates judicarunt, Mr. E. Mackay, „*De denkbeelden enz. bescheidenlijk beoordeeld*” Mr. W. de Sitter, „*Verhandeling over de armoede in Nederland*.” H. J. Royaards, „*De concept-wet enz. kerkregtelijk beschouwd*.” Mr. Faber, Mr. Alstorphius Grevelinck aliique.

tamen bonum habere videntur quod atrocissimum crimen, infanticidium dico vel prohibent, vel minunt certe.<sup>1</sup>

§ II.

DE CHARITATE PRAEVENIENTE.

Majoris pretii, quam de *charitate leniente* est disquisitio de *charitate praeveniente*,  
*et* quia multo difficilius est causas tollere quam ad tempus effectus lenire,  
*et* quia in nostra patria praesertim charitas praeveniens multo minus exculta est,  
*et* quia multo majoris momenti est.

<sup>1</sup> Pulchre de iis disputat Say, *Cours complet d'économie politique*, Cap. XXXII: „l'humanité, inquit, commande qu'on prenne soin des enfants abandonnés, mais il ne faut pas que les parents s'accoutument à regarder l'hospice des enfants trouvés, comme une ressource ordinaire,” et alio loco *Traité de l'économie politique*, Cap. VII ait: „Un judicieux publiciste a fait observer que de trop nombreux établissements ouverts en Angleterre aux femmes en couche et aux filles repentantes, étant propres à diminuer les inconvenients, qui accompagnent les désordres des femmes, font naître plus de maux qu'ils n'en soulagent.”

G. Luttenberg<sup>1</sup> has paupertatis causas memorat:  
*Accrescentem incolarum frequentiam;*  
*Laboris defectum;*  
*Mercedes exiguae;*  
*Perversam pauperum agendi rationem;*  
*Neglectam juventutis educationem et institutionem;*  
*Liberalitatem male adhibitam;*  
*Policiae tarditatem.*

Alstorphius Grevelinck, in hujus operis recensione, has causas addit *Mercaturam iniquis legibus constrictam; vectigalium grave onus, corumque fraudationem; territorium illiberum* (onvrij territoir); *urbium iniqua privilegia; aleam sortium publicarum* (staatsloterij); *quibus universe addiderim consumptionem improductivam et alimentum non idoneum*<sup>2</sup>. Mr. W. de Sitter, in opere supra laudato nimiam incolarum frequentiam haud in Neerlandia adeo statuit et quaestioni: „cui adscribenda sit major quae in Neerlandia obtinet paupertas,” respondit: „innumerabili causarum numero.”

Duas classes vel causas primarias ponit:

---

<sup>1</sup> *Proeve van onderzoek omtrent het armwezen in ons vaderland.*

<sup>2</sup> Conf. E. van Voorthuijsen, DE WATTEVILLE etc. Tijdschrift voor het armwezen t. IV. 1855.

1. Quod desideratur cultura corporalis, intellectualis et moralis.
  2. Quod productio adhuc vinculis premitur<sup>1</sup>.
- Charles Comte de paupertatis caussis agens has caussas primarias habet:

1. Quando omnis desideratur industria.
  2. Quando, quocunque tandem modo ab aliis deprimuntur et vexantur classes operariae.
- 

<sup>1</sup> „a. Gebrek aan lichaamelijke, verstandelijke en zedelijke ontwikkeling, et

„b. Belemmering der vrije voortbrenging, onafhankelijk van de individuen,” l. l. § 3, p. 127.

Quod in eo igitur reprehendit Blaupot ten Cate: „als wilde hij de grondoorzaak van het Pauperisme alleen in verkeerde staathuishouding zoeken en daarbij de verslapping der Natien zelve en haar toenemend gebrek aan energie, ontstaan door vermeerderde weelde en onzedelijkheid, zoo wel als door verlaging van haar standpunt, in den rei der Europeesche volken in verband met groote staatkundige gebeurtenissen en staatsrampen uit het oog verliezen,” hoc quadrare omnino videtur in Sitteri opusculum, quod a<sup>e</sup>. 1850 prodiit sub titulo „*beknopte Verhandeling over het Pauperisme in Nederland*,” ubi haec leguntur: „De oorzaken van het Pauperisme, van het verval van welvaart in den Staat, moeten van eene meer algemeene natuur zijn. Zij kunnen uit den aard der zaak niet anders gezocht worden, dan in de inrichting van de Staathuishouding;” non vero spectat ejusdem viri opus serius in lucem editum, *Verhandeling etc.*

3. Quando his justo majus propagandi studium  
inest<sup>1</sup>.

Primam harum causarum ad singulos tantum  
homines spectare, non vero totam aliquam natio-  
nem complecti posse, luce clariss est; apud bar-  
barissimos enim populos semper aliqua invenitur  
industria seu piscatoria seu venatica.

Optime, me judice, paupertatis caussas distin-  
guere possumus, si eas in duas classes primarias  
dividimus:

I. *In causas in ipsis pauperibus quaerendas.*

II. *In causas aliunde petendas.*

Ad priorem classem pertinent:

a. Nimum se propagandi studium ejusque miser-  
rimae sequelae;

b. Exiguus cultus, tam religiosus et moralis,  
quam intellectualis et corporalis, qui pro parte  
tamen non ipsorum culpae tribuendus est;

---

<sup>1</sup> Ita eum audimus, in sua disputatione, *Notice sur la vie et les ouvrages de Malthus*: „Il peut exister chez toute nation un grand nombre de causes de misère, mais il en est trois qui sont d'une nature très distincte, l'absence de toute industrie, les extorsions exercées par un pouvoir quelconque au préjudice des classes laborieuses et la tendance de ces mêmes classes à se multiplier plus rapidement, que leurs ressources ne le comportent.”

c. Perversa pauperum agendi ratio.

II. Ad causas aliunde petendas pertinent :

a. Iniqua magistratum consulta;

b. Ditiorum perversa agendi ratio;

c. Necessariae societatis humanae sequelae.

Primum de causis videamus ex ipsis pauperibus petendis.

Nimium se propagandi studium, inconsiderata matrimonia a multis inita quum nesciant unde liberos inde nascentes alant, hic est, me judice, uberrimus paupertatis fons. Magnus ille Britannorum oeconomicus Malthus, quamquam hoc non primus invenit, diligenter ac dilucide exposuit<sup>1</sup>.

Primariae Malthi hypotheses hae duae sunt:

1. Si propagatio non impeditur, populus alicujus regionis duplicatur singulis 25 annis, et ita augetur *progressione geometrica*.

---

<sup>1</sup> In praefatione operi praeposita, *Essai sur le principe de la population* haec leguntur: „En me livrant à des recherches, je m'aperçus qu'on avait beaucoup plus fait dans ce genre, que je ne l'imaginais à l'époque où je publiai la première édition de mon *Essai*. La misère et le malheur causés par un accroissement de population trop rapide avaient été vu distinctement, et de violents remèdes à ces maux avaient été indiqués dès le temps de Platon et d'Aristote. Très récemment ce sujet a été traité par quelques économistes français,

2. Vitae necessaria autem tantum *progressione arithmeticā* crescunt<sup>1</sup>.

Quod si vere disputata sunt inde sequatur necesse est, incolarum numero accrescenti plus cibi opus esse, quam terra producat, aut labore mereri possit; nutrimentum, paullatim diminui et qualitate et quantitate; — unde tandem copia hominum existat et corpore et animo depravata; operariorum concursus quotidie augeatur; ipsae mercedes diminuantur; utrumque et causa et effectus nimiae hominum frequentiae efficiat, ut classis operariorum vix aut ne vix quidem se alere aut vitam sustentare possit, et miserrimae morborum contagionum aut famis victimae cadant. Perpetuam enim et constan-tem esse regulam exiguae mercedes magnam pau-

---

par Montesquieu occasionnellement, et parmi les écrivains anglais par Franklin, Sir J. Stuart, Arthur Young et Townsend. Ces auteurs ont parlé si clairement qu'on ne saurait dire pourquoi ils n'ont pas réussi à exciter l'attention sur cet objet."

<sup>1</sup> 1. Nous pouvons donc tenir pour certain que, lorsque la population n'est arrêtée par aucun obstacle, elle va doublant tous les vingt cinq ans et croît de période en période selon une progression géométrique.

2. Les moyens de subsistance dans les circonstances les plus favorables à l'industrie, ne peuvent jamais augmenter plus rapidement que selon une progression arithmétique."

pertatem parere et hujus regulae contrarium quoque verum esse, omnium fere opinio est<sup>1</sup>.

Imprimis hac de re consulatur Macculloch<sup>2</sup> qui clare etiam probat, quam noxius sit et perniciosus, constans usus pomorum terrae tanquam solitum vulgi nutrimentum et magna pro parte Hiberniam huic usui calamitates suas debere.

Nimia illa incolarum frequentia cohibetur, obstaculis praevenientibus et vastationibus; *hae* necessariae istius conditionis sunt sequelae, *illa* vero est prudens cautio et moralis abstinentia.

Haec doctrina Malthi intima ostendit civitatis vulnera; miserrima etiam non celat, sed, verâ humilitate ducta, omnibus ante oculos ponit. — Praesertim impugnatus est Malthus a socialistis et Communistis, qui putant *Utopias* phantasiae, et pulchra terminologia, et magnis promissionibus et verbis sesquipedalibus, pauperibus auxiliari posse; sed de his infra. Cum vero Malthi doctrina opposita sit

---

<sup>1</sup> The liberal reward of labour, therefore as it is the necessary effect, so it is the natural symptom of increasing national wealth. Adam Smith, *An inquiry into the nature and causes of the wealth of nations*, I. I. Cap. VIII,

<sup>2</sup> In opere quod inscribitur: *Over de werkloonen*, quod in nostrum sermonem vertit Sloet tot Westerholdt.

antiquae opinioni, quo magis regio aliqua incolis abundat, eo major est civitatis potentia, multos adversarios nacta est. Mirandus sane error. Quum enim inquavis familia, perspicere iis liceat eos, qui nihil producant sed unice res partas consumant, oeconomiae nocere, de magna tamen civitatis familia aliam sententiam fovent.

Ita e. c. relatione, quam a. 1819 dedit minister, internis civitatis rebus praepositus, a Luttenbergio l. l., pag. 20, laudata, indicatam invenimus, utpote argumentum auctae prosperitatis, auctam populi frequentiam.<sup>1</sup>

Haec verba tamen cum grano salis, ut ajunt, esse accipienda et tantum valere quantum valent, facile demonstrari potest. Quomodo enim infimae praesertim hominum classis auctus numerus, prosperitatem aecrescentem indicet, videre licet e. c. Lugduni-Batavorum, quae urbs teste viro

<sup>1</sup> Het koningrijk is klaarblijkelijk ondanks de voor eenige takken van onze nijverheid ongunstige omstandigheden, in eenen staat van toenemende welvaart. Dan het onbedriegelijkest kenmerk van dien staat, de aanwas der bevolking, doet zich inzonderheid altijd bij de laagste klasse op; terwijl die der andere klassen (ik geloof dat deze theorie door de daadzaken is gevestigd) zich meer bijzonder doet zien, door de vermeerdering der kapitalen.

Clarissimo Vissering, in concione supra laudata<sup>1</sup> in ista invidiâs scilicet digna conditione versatur, ut hodie tertia habitantium pars, pauperibus annumeranda sit, ita ut praeter privatorum liberalitatem, tertia pars urbis redditum, pauperibus distribuatur. Teste Doctore Sarphati, Amstelodamum autem infeliciore etiam hac in re utitur conditione.<sup>2</sup>

Haud facile tamen omnes huic, de nimio incolarum numero doctrinae, assentientur. Ita J. SEEHUIJSEN<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Het arm. congres, vid. *Algemeen handelsblad*, 27 Mei 1856.

<sup>2</sup> Vid. porro Mr. J. F. BUYS: *Een woord aan armverzorgers, praktische Volksalmanak*, 1856, ejusdemque de variis urbibus relatio, ubi p. 142 invenimus urbes MONNICKENDAM, EDAM et ENKHUYSEN etiam frui, istis prosperitatis (secundum ministrum) signis.

Potius assentimur Mauricio Monjéan, qui: „L'essentiel,” inquit, „pour déterminer si le développement de la population est favorable ou non à l'accroissement de la richesse, est de savoir de quels éléments se compose cette population. Si elle n'offre que des hommes, qui voués à l'impuissance par l'inertie de leur volonté, l'influence du climat, la dégénération de l'espèce, ou la faute des institutions, ne rendent pas hommage par des efforts soutenus et intelligents à la grande loi du travail, sa multiplication est funeste. Une telle propagation grossit les rangs de la nation et les désorganise sans en augmenter les revenues. Son existence est un mal social.

<sup>3</sup> In opusculo cui titulus est: *Voorlezing over de bronnen van volkswelvaart.*

demonstrare conatus est, 12,000,000 hominum nostra  
in patria per culturam agrorum incultorum vivere posse.

Ita etiam fere Dr. w. DE SITTER.<sup>1</sup>

Duplici autem errore Seehuysenium lapsus esse  
existimo, primum quod opinatur quemque agrum,  
unum jugerum cum dimidia parte continentem,  
fructibus suis familiam quandam alere posse, quum  
plurimae sint terrae, ubi merces operariorum et ster-  
coratio pluris constat, quam ipsius agriculti pretium.

Deinde errat, immemor repastinationes agrorum  
pecunias exigere, quae non semper adsunt, neque  
reputat extensionem gargastrorum collectionum (hut-  
kolonien) egenorum incolarum frequentationi favere.  
Ceteroquin confiteor, hujus viri consilium, pruden-  
ter adhibitum, aliquid boni habere et gaudeo igit-  
tur divisione agrorum incultorum, qui olim usui  
communi erant et inde plerumque nihil utilitatis  
praebebant, magnum agriculturae impedimentum  
sublatum esse<sup>2</sup>. Quod autem ad Sitterum attinet,

<sup>1</sup> In opusculo supra laudato: *Verhandeling over de armoede in Nederland* p. 14 opinatur: „dat zulk een denkbeeld een wanbegrip is, — dat men, door zulke denkbeelden te bevorderen, de wijsheid van den Schepper op eene onwaardige wijze miskent.”

<sup>2</sup> Vid. hae de re etiam diarium quod inscribitur: *Tijdschrift voor Staatshuishoudkunde en Statistiek*, van SLOET TOT OLDHUIS, 1843, ubi de colonia Velavica Hoenderlo agitur.

primum animadverto, me eum quodammodo *reum confitentem* habere<sup>1</sup>, et secundo, de majore minoreve Dei sapientia, homini judicium haud competere, neque inde ullum argumentum pro re aliqua, aut contra eam peti posse existimaverim. Hoc porro argumentum, nimium quantum probat; ita ratiocinantes, paupertatem omnino extare, negare possemus, tanquam Dei sapientiae oppositam, item morbos, peccatum et multa alia, quae omnia tamen adesse nemo, sana mente praeditus, facile negabit.

Item G. ELLIS<sup>2</sup> hanc de nimia hominum abundantia doctrinam, falsis argumentis refutare conatur et caussam paupertatis habet, quod desideratur cultura animi et institutio. Nimirum exempla quaedam affert, ubi aliae causae (ebrietas rel.) paupertatem attulerant, et deinceps rogat, „num hae sint hominum abundantiae sequelae?” Id tantum probat, non *omnem* paupertatem inde petendam esse, quod quidem nemo contendit. Hoc autem certum est, ubique fere plurimas mercedes non sufficere, unde se familiamque alant, liberos edu-

<sup>1</sup> Quippe qui alio loco dicat: „Overbevolking in zeker deel der aarde, in eenig land is echter mogelijk.”

<sup>2</sup> In egregio ceteroquin opere s. l.: *De opvoeding enz.*

cent et aliquid reponant operarii, unde necessario sequitur, nimium esse operariorum numerum, ratione habita, pecuniarum quae adsunt, et laboris quaesiti. Illâ, de nimia incolarum frequentia, doctrinâ non negatur, postea fortasse majorem etiam incolarum numerum, qui rite alantur, existere posse, quamvis nunc ratione habita productionis, hoc fieri nequeat. Nec tam longe a nobis differt G. ELLIS<sup>1</sup> quam fortasse cui videatur. Nos affirmamus adesse numerum incolarum qui modum excedat; ille autem eos egere recta educatione. Haud contendimus, justo plures esse homines qui producant, at optime educati fere semper maxime producant; contrarium quoque verum est.

Utraque igitur sententia, sic enuntiari potest „*justo plures sunt male educati*.” Contendimus et affirmamus, educationem bonam et diminuturam esse matrimonia inconsiderata, et illorum diminutionem secum afferre meliorem educationem.

Quod de Sittero diximus, idem de nostro scrip-

---

<sup>1</sup> „Wij dagen een ieder uit, tot de bestrijding van onze rijp overwogen stelling, dat de oorzaken der menschelijke ellende voor zoo verre zij zijn weg te nemen, bestaan in dat heirleger van maatschappelijke gebreken en ondeugden, dat gekweekt en aangevoerd wordt door ouderlijke zorgeloosheid.”

tore G. ELLIS, affirmare possumus, nos eum quoque quodammodo reum habere confitentem.<sup>1</sup>

Quod autem G. ELLIS emigrationem parum idoneam habet, inde nequaquam necessario sequitur eum doctrinae expositae adversari; qua in re plane sibi consentientem habet ipsum ut ita dicam hujus doctrinae parentem.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Vid. quae l. l. pag. 122 legimus: „Wij erkennen niet te min, dat waar armoede heerscht, te veel mensen zijn, omdat de dronkaarts, de oneerlijken, de luijen, de onwetenden, kortom die niet in staat zijn, in hun eigen onderhoud te voorzien — waar zij zich ook bevinden, altijd te veel zijn. Maar ouderlijke voorzorg, de wachter op wien wij vertrouwen, is bij magte toekomstige armoede te weren, hetzij men haar beschouwe als uit een te groote bevolking of uit gebreken in de geaardheid des volks te ontspruiten. Want ouders die in een zedelijken zin wezentlijk goed kunnen genoemd worden, zullen alvorens een der heiligste pligten te aanvaarden, die de mensch aanvaarden kan, zorgen dat zij de middelen in zich zelven bezitten, om kinderen te onderhouden, voor zij nog geboren zijn, 't geen behoedt tegen alle gevaar eener te groote bevolking.”

Quam parum haec differunt a verbis quibus usus est admirator MALTHI, MAURICIUS MONJÉAN, cum in praefatione ad hujus opera ita operarios alloquitur: „Père de famille, envisagez toutes les obligations que cette titre vous impose et ne songez à en goûter les douceurs, que quand vous pouvez raisonnablement en supporter les charges. C'est à ce prix surtout que la misère ne viendra pas frapper à votre porte.”

<sup>2</sup> Ita enim Malthus: „Si donc,” inquit, „dans les pays

De mercedibus porro G. Ellis ita agit ut denuo nostrae sententiae conveniat.<sup>1</sup>

Ad illas mercedes non idoneas avertendas, educatio sane multum valet, at non omnia; semper etiam pendent mercedes a pecuniis quae adhiberi possunt et a labore quaesito.<sup>2</sup>

Quae si recte disputata sunt, quaestio manet, quomodo hae causae tolli possint, quae optima remedia contra illum paupertatis fontem possint adhiberi. —

---

bien cultivés, la population devient incommodé, il semble que la nature offre à ce mal un remède bien simple, en ouvrant la voie de l'émigration à ces peuplades surchargées, et en les invitant en quelque sorte à se transporter dans les lieux déserts ou moins habités. Mais si nous consultons l'expérience, et que nous jetons les yeux sur les parties du globe, où la civilisation n'a pas pénétré, ce prétendu remède ne paraîtra qu'un faible palliatif."

<sup>1</sup> I. l. p. 128 : „Geen maatschappelijk kwaad,” inquit, „is vruchtbaarder in smartelijke gevolgen dan het bestaan van lage loonen, d. i. loonen die onvoldoende zijn, om den arbeider in staat te stellen, zoowel in ziekte en ouderdom, als in goede gezondheid en krachtigen leeftijd zich zelven te onderhouden.”

<sup>2</sup> Jure Rossius: „Que les classes laborieuses se persuadent enfin que leur avenir est dans leurs mains et qu'il n'est donné à personne à réaliser l'impossible. Toutes les fois que le nombre des travailleurs dépasse actuellement les forces du capital disponible, la baisse des salaires est inévitable.”

Res sane difficillima. — Fuerunt qui modo foedissimo huic malo succurrere suaderent; produit liber Londini cuius scriptor, qui se Marcum nominat, castrationem dolore carentem (*painless extinction*) proponit. Idem suadet WEINHOLD Saxonicus consularius regius<sup>1</sup>.

Non est quod hominibus tam impuris respondeamus. Nec magis illorum probamus conatus qui legali impedimento matrimonia cohibere studeant. Impudicitia et morum dissolutio unice essent fructus, sed minime scopus propositus attingeretur. Remedium hoc nomine dignum in una religione situm esse potest; est uti recte vir consultissimus BOER dixit, Christiana abstinentiae virtus, quae abstinentia sola religione Christiana effici potest. Officium est cuius difficultas necessitatem non tollit<sup>2</sup>. Tam procul igitur abest ut religio nostra

<sup>1</sup> In libro edito Hallae 1827, qui inscribitur *Von der Uebervölkerung in Mittel-Europa und deren Folgen auf die Staaten und deren Civilisation.*

<sup>2</sup> Recte MALTHUS lib. IV, cap. I ad finem: „Quoiqu'on doive sans doute de l'indulgence aux fautes, lorsque le devoir est d'une observation difficile, le devoir n'en doit pas moins être exactement reconnu. Le devoir de s'abstenir du mariage, tant que l'on n'a pas la perspective de pouvoir suffire à l'entretien d'une famille, est un objet digne de toute l'attention du moraliste. C'est ce qui paraîtra sans doute indubitable, s'il

damnum afferat, ut optimum etiam contra maximam paupertatis causam praebeat remedium.

Quodsi forte erunt qui putent uniuscujusque sui amorem, satis valere ad illam quam diximus abstinentiam efficiendam, ii circum se oculos vertant velim, et eos experientia docebit plurimos homines maxime sui ipsorum inimicos esse<sup>1</sup>.

Adminiculum porro habemus materiale. Caveant enim philanthropi ne, licet optimo fiat consilio, domos pauperibus aedificant, nisi totidem alias destruendas

---

est une fois prouvé que la pratique de cette vertu est un des moyens les plus efficaces de prévenir le malheur, et que la violation de ce devoir, ou la permission de suivre sans réserve l'impulsion de la nature, en se mariant dès l'âge de la puberté, suffirait pour jeter la société dans un état de détresse dont aucune autre vertu ne pourrait la faire sortir, pour la livrer en proie à la misère, à la contagion et à la famine."

<sup>1</sup> Pulcherrima sunt illa ROSSI verba in sua *introductione*, qua MALTHI opera ornavit, ubi: „Nous le reconnaissons humblement,” inquit, „ce n'est pas l'économiste avec ses calculs qui peut convertir à une vie active et digne, une population sauvage et dépravée. L'intérêt peut contribuer à retenir dans les voies du bien, celui qui par de plus hautes inspirations les suit déjà. Il n'y ramène pas celui qui a franchi toutes les barrières des affections naturelles de l'honneur, de la religion, de la foi. Si l'intérêt avait cette puissance, le monde serait un paradis. Il n'est pas difficile de démontrer par les faits que le vice n'est pas utile.”

current; quoniam experientia docet difficultatem praesertim habitationis obtaindæ, matrimonio imprudenti maximum afferre impedimentum ac moram, quum contra domum abundantia huic malo magnopere faveat.

Fuere et sunt etiam nunc, qui putent pauperismum funditus extirpari posse, colornis deducendis in Indiam Orientalem et Occidentalem, vel terras incultas in ipsa patria incolis frequentando.

Ita e. c. judicat G. Ellis<sup>1</sup> et inter nostrates haud pauci. Sed praeter animi constantiam, quam coloni necessario possidere debent, sed quae in plerisque pauperibus desideratur, obliviscuntur illi, colonias deductas, minuere quidem effectus, non vero tollere causam nimiae incolarum frequentiae, et ita quaestionem tantum ad prope adstans tempus removent; si enim verae sunt, quales esse credimus, Malthi regulæ supra expositæ, eidem facile con-

---

<sup>1</sup> I. l. p. 121: „Ware ons antwoord geweest dat overbevolking de oorzaak der menschelike ellende is, dan zoude de landverhuizing zieh aan ons, even als aan anderen als geneesmiddel hebben voorgedaan.” Idem opinatur auctor ignotus opusculi alicuius quod inscribitur: *De groote nood des hongers in en bij den Bommelerwaard*, ubi legimus: „En welk zou dan wel het middel zijn, om de kwaal der armoede te genezen? Wij kunnen geen ander bedenken, dan de kolonisatie.”

cedimus, hoc remedium non satis efficax esse et tantum pro tempore fructus afferre.<sup>1</sup>

Quae autem disputavimus tantum spectant ad colonias in terram peregrinam deducendas, non vero ad culturam ericetorum, ipsius patriae nostrae, quae multam operam multasque opes postularet et exiguo daret fructus; quod si privatis hominibus relinquatur, omnes qui inde provenient fructus, partim etiam in pauperum commodum sponte sua redundabunt.<sup>2</sup>

*Altera* quam indicavimus causa, huic priori acte juncta, magna pro parte sane ipsorum pauperum culpae tribuenda est, *quod enim tantopere, in iis desideratur sensus religiosus et moralis ac animi cultus.* — Pigritia multis quasi innata est,

---

<sup>1</sup> Ita Maltus, I. l. lib. III, cap. IV: „L'émigration est absolument insuffisante pour faire place à une population, qui croît sans limite; mais envisagée comme un expedient partiel et à temps; propre à étendre la civilisation et la culture sur la face de la terre, l'émigration paraît utile et convenable.”

<sup>2</sup> Qua de re imprimis videatur Mr. G. A. de Meester: *Bedenkingen tegen het voornemen om de heidevelden, door de overbevolking te doen ontgaanen.* Cui libenter assentior ita dicenti: „dat het aanleggen van kolonien op de heidevelden in het groot, tot ontlasting der overbevolking, onder de *pia vota* zal en ook moet blijven, geloof ik te zeer” sqq. videantur porro, quae supra hac de re jam monuimus.

parcimoniae virtus plurimis ignota est, et crastinae diei cura saepissime plane abest. Nihil plurimi didicerunt nec quidquam discere volunt, et inde necessario sequitur, ut sibi curare non possint. Concedimus quidem hoc iis non tantopere vitio vertendum esse quantopere ditioribus, qui semper fere meliore educatione, et conditione feliciore usi sunt; verumtamen iidem effectus tristes manent et manebunt, nisi causae tollantur. Haec in primis civitatis sit cura; hoc jubet lex nostra fundamentalis, quae dicitur; hoc necessario fieri debet, si unquam melior eorum conditio fututa sit. Libenter confitemur, etiam hac in re progressus cerni, qui nobis bonam in posterum spem praeluceant; — sed non minus verum est longe adhuc a meta remotam esse institutionis rationem, et assiduam hac in re posci magistratum curam; quum scimus e. c. a. 1853, pueros<sup>1</sup> 520,000 numero fuisse, quorum 94,000 nulla fruerentur institutione. Omnibus viribus nitendum est ut tam perversa conditio mutetur. Republicae gubernatores id in primis curent, ut bonae ubique adsint scholae; magni praesertim momenti est, ut pueri

---

<sup>1</sup> Vide statisticum tabellum in diario: „De Economist, door Mr. J. de Bruin Kops, 1856, m. Jan.

ita instituantur ut vita communis ex iis postea fructus capere possit; boni cives, boni operarii formentur. Quae huc pertinent haud exigua sunt et alii saepe alio modo instituenda sunt. At sunt quae omnibus omnino communia esse debent.<sup>1</sup> Verum multi hac in re errant, nimis a republica petentes; civitas, me judice, curare debet ut ubique adsint scholae bene constitutae, curet ut doctores et institutores, tali fruantur conditione, ut multi hoc munus petant, ita ut aditus ad eorum ordinem difficilis reddi possit.

Plura facere, ni fallor, extra civitatis provinciam positum est, ipsi etiam cives hoc curent. Quisque pauperibus apud quos aliquid auctoritate valet, persuadeat de institutionis necessitate; multi inde et boni fructus perciperentur.

---

<sup>1</sup> Vid. William Ellis, l. l. Cap. I, pag. 13: „De eigenschappen,” inquit, „welke alle menschen behooren te bezitten en waartoe gevogelijk allen moeten gevormd worden, zijn: te arbeiden, te leeren, te onderzoeken, te sparen, verbintenissen na te komen en de wet te gehoorzamen.”

Pulchre etiam vir cl. G. J. Mulder: *Wetenschap en Volksgeluk*: „Om te kunnen, moet men kennen; — geene ruimere kennis zonder orde. Goed geordende kennis is wetenschap.”

Vid. etiam Mr. W. de Sitter, *Verhandeling enz.* p. 106 sq. qui magnopere et haud sine causa, exercitationes gymnasticas in scholis commendat.

Firma sit et constans Diaconorum lex, ne quis ullo auxilio juvetur, nisi cujus liberi scholarum utantur institutione, „A liberis instituenda videtur reformatio,” ita olim cum saec. XV Conciliis de reformatione Ecclesiae, *in capite et membris* agebatur; sic etiam nunc haec una est via, quae ad meliorem conditionem ducere possit.

Ne vero quis putet haec repugnare iis, quae supra de nimia incolarum frequentia disputata sunt; ambo enim haec magna principia se invicem adjuvare debent.

Tertium paupertatis fontem *perversam agendi rationem* esse, non est quod multis probemus; hoc enim quisque, etiam nobis non monentibus, facile intelligit; quam arcte autem haec causa, cum duabus prioribus, quas supra attigimus cohaereat, quisque qui obiter modo haec tractavit videbit. — Nimia incolarum frequentia, mala educatio, perversa agendi ratio, sibi invicem arctissime conjunctae, sunt quasi calamitates, quae totam hominum classem affligunt atque opprimunt.

Generalis igitur institutio, ad omnes affluens, multum boni efficiet, sed non *omnia* ab illa expectanda sunt. Religio primarias agat partes necesse est. Si vera moralitas sine religione cogi-

tari potest existat, quod hīc in medio relinqu, apud populum saltem hoc plane ἀδύνατον est. Religio etiam hīc paupertatis remedia affert, qua propter maxime ab omnibus haec verba Christi teneantur: Matth. VI:22. Ζητεῖτε δὲ πρώτον τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθῆσεται ὑμῖν<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Vid. in primis Borgeri homilia in earum collectione t. I. de verbis *er is geschreven*.

Digmissima etiam quae legatur est disputatio quae invenitur in diaro „de *Tijdspeigel*, m. Aug. 1855.” Primarias paupertatis causas inde dicit auctor, quod desideratur vis moralis et huic conjuncta vita religiosa; et alia et haec egregia dicta invenimus: „Gebrek aan zedelijke kracht en waarachtig christelijk leven is de grondoorzaak van de geringe verstandsontwikkeling, van den lagen trap van beschaving, van de zorgeloosheid en onbedachtzaamheid, van de verkwisting en onmatigheid en van al die ondeugden, die bij de geringere klasse in de tegenwoordige gesteldheid des maatschappelijken levens, den toestand van ellende daarstellen, die wij met het woord armoede aanduiden; de regte en klare erkentenis van die grondoorzaak der kwaal, wijst ons tevens aan, waar het eenig ware en afdoende middel ter harer genezing is te zoeken, dat eenige geneesmiddel is het Christendom.”

G(roningen?)

A. T. R(EITSMA?)

§ IV.

DE PAUPERTATIS CAUSIS, ALIUNDE PETENDIS.

Ad eas primum annumeranda est: perversa *magistratum agendi ratio*; in primis vectigalia vel nimis magna vel industriae opposita, vel ex nutrimentis sumpta<sup>1</sup>; extra nostram provinciam est multis de iis agere. Gaudeo tamen paullatim hac in re secundum viros hujus rei peritos emendationem fieri, quae bonos effectus non habere non potest.

Porro huc pertinere censemus, illas leges, quae vel industriam aliquam tueantur, vel inique alii

---

<sup>1</sup> Audiantur hîc verba, viri doctissimi R. J. v. MAANEN, laudata a viro doct<sup>o</sup> R. WESTERHOFF, „Over de schadelijke en verderfelijke werking onzer belastingen enz., in diario, *Tijdschrift voor het armwezen*, vierde stuk, 1855.” Qui, „het is verkeerd gezien, inquit, ’t brood, vleesch, zout en zeep hoog te belasten.”

Van dáár al die armoede, al die onrust, al die achteruitgang, al die ziekelijke gestellen en wanstaltigheden.”

Van dáár dat leger van genees-, heel- en verloskundigen, van dáár al die gasthuizen en die vermeerdering van zieken-inrigtingen.

Van dáár die levende geraamten in de groote steden.

industriae generi noceant, iniqua vectigalia mercibus invehendis et evehendis imponendo, unde necessario sequi debet, ut *divitiae diminuantur, productio prohibeatur, paupertas augeatur.* — Omnes fere scientiae Oec.-politicae periti istiusmodi leges damnant, (inter quos in primis referendus est magnus noster GISBERTUS CAROLUS VAN HOGENDORP) et aliam rationem proponunt; et habemus quod laetemur sensim paulatimque perversam hanc viam relinqui et novam melioremque intrari.

Adjungi possent alia etiam, quae tamen brevitas causa missa faciamus.

Ditiorum culpa in paupertate augenda, in eo sita est, quod:

- a. Inest *ἐνεργεία* multis valde exigua.
- b. Nimia animi mollitia vel segnitia eos impellit ad mendicos imprudenter juvandos.
- c. Expensae multae sunt improductivae quae dicuntur.

Deficiens illa animi et voluntatis *ἐνεργεία*, ex deficiente religione et institutione explicanda est; si haec tolluntur sponte sua et illa evanescet, quae si evanuerit, mercatura reviviscens, aucta industria, accumulatae divitiae multum boni paupertati afferrent.

Pereat perniciosissima illa opinio a multis fota, pulchrius esse, *nihil facere*, quam industriae cui-dam generi operam dare; institutio et labor omnibus sint honori, et exemplum paucorum, non amplius perniciosum erit<sup>1</sup>. Praeclare in primis hoc tractavit noster G. J. Mulder<sup>2</sup>, et probare conatus est, pristinam patriae gloriam revocari non posse nisi omnibus scientia inesset.

Secundo loco, multum mali affertur, perversâ illa animi mollitiâ vel segnitiâ (nescio enim quo nomine melius vocari possit) quae multos impellit ad pecuniam temere in pauperes effundendam, quo et mendicatio retinetur et optimi aliorum conatus

---

<sup>1</sup> Hac enim in re plerumque etiam valet, antiquum proverbium: „Zoo heer, zoo knecht.”

<sup>2</sup> In ejus opere: *Wetenschap en volksgeluk* ita legimus: „Ook voor hen die van hunne ouders bezittingen erfden, is het pligt het volksgeluk te vergrooten. Van hunne arbeidzaamheid hangt mede het geluk der natien af. Mag ik dan vragen, terwijl de Engelschen altijd werkzaam zijn, altijd leeren; de Fransen, de rusteloze Natie genoemd wordt, hoe groot is wel het betrekkelijk aantal gegoeden in Nederland, die niets omhanden hebben, — die dus niet voortgaan te leeren, maar het laten bij de in hunne jeugd opgezamelde kennis en alzoo ook niets doen, voor het geluk des lands, in vergelijking met andere landen, waar voorspoed heerscht.”

irriti<sup>1</sup> fiunt. Nisi universe probatum erit, ut quisque quantum quotannis dare velit et possit, vel ipse distribuat inter eos, quos persuasum sibi habet, donis egere iisque dignos esse, vel sua dona institutioni det, cuius bonos eventus noverit, nulla unquam lex satis valebit ad mendicationem extirpandam, ut hodie experientia etiam luculenter docet. Cum vero et cives et lex ita concurrunt, illa civitatis pestis<sup>2</sup>, illud vitiorum Seminarium, subito et sponte sua evanescet.

*Expensae porro improductivae*, quas tertio loco paupertatis causam nominavimus, necessario nocere

<sup>1</sup> Egregie perversam istam agendi rationem, anonymous quidam, in opusculo quod inscribitur: *Brieven over Diaconiebedeling*. Ep. IV, ita describit: „Het heeft er veel van, alsof men bang is dat er te veel zou gewerkt worden en daarom zoo veel mogelijk de traagheid zoekt te bevorderen. Waarlijk dat kan de Heer niet bedoeld hebben, dat wij zóó zouden geven, dat daardoor, de mensen geheel verdierlijkt, luije en trage dienstknechten zouden worden, als Hij zeide, dat Hij ons zoude toerekenen, wat wij den minsten zijner broeders gedaan hebben of die rekening komt ten onzen nadeele uit.”

<sup>2</sup> Magno jure w. H. WARNSINCK Bf., in sua praefatione, ante versionem Picardii operis: *Over de inrigting der openbare weldadigheid in Frankrijk*, exclamat: „Ach, dat schenken van giften en aalmoesen — voor ouden en gebrekkigen, zwakken en hulpeloozen zoo weldadig — is vaak zoo verderfelijk voor den validen behoeftige.”

debent publicae prosperitati et quod vix credibile videtur, scientia Oec-politica, adeo multis ignota est, ut etiam nunc, dissipator a plerisque *κατ' εξόχην*, patriae et populi amicus habeatur. Quae sententia non tantum apud plebem viget, verum etiam multos cultiores, hanc suam sententiam profiteri non pudet.

Mirandum sane rem adeo veram, simplicem et manifestam quae etiam in proverbium abiit. „*Unde tollitur nec affertur hoc minuitur;*”<sup>1</sup> a multis non applicari ad universae civitatis divitias, putantes dissipatores, quum pretium perdunt et nihil producant, materialem tamen civitatis felicitatem augere. Melior institutio etiam hac in re vehementer desideratur.

Causae ex calamitatibus inevitabilibus necessario orientes, quales sunt bella, morbi, aquarum inundationes, seges infelix, corporis et animi defectus alia; semper quidem manebunt et infelicem effectum habebunt. Sed tamen ubi hae unae ad sunt paupertatis causae, et ubi omnium animos inbuerit religio Christiana, fere semper vel tolli poterunt, vel saltem valde leniri.

---

<sup>1</sup> Waar afgaat en niet bij komt dat vermindert.

Itaque causas primarias indicavimus; remedia ubi opus hoc esse videbatur paucis explicavimus, et nullum nobis certamen innotuit, quod inter religionem nostram, et scientiam oec.-politicam obtineret, sed contra maximum remedium paupertatis, ipsam religionem habendam esse nobis potuit.

Penitus nobis persuasum est, quod factis etiam probatur, auxilia externa haud spernenda quidem esse adminicula, verum internam tantum, religionis et institutionis ope effectam, animi mutationem et apud pauperes et apud ditiores, extirpare posse pauperismum.

Charitas christiana erga pauperes, etiamsi praecptis oeconomiae pollicitae obediatur, latam tamen sibi adscriptam provinciam habet, et semper tot quidem manebunt homines vere pauperes, ut sine ullo detrimento virtus haec praeclara coli possit. Concedimus porro etiam hic progressionem cerni<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> Haec opinio nittitur etiam auctoritate viri, quem Cherbuliez vocat: *l'ecrivain philanthrope le plus savant et le plus classique de notre époque*, M. DE GÉRANDO, quem ita (opere suo *de la bienfaisance publique* t. I. p. 137) disputantem audimus: Un cri d'alarme a rétenti en Europe, y a répandu une terreur universelle. Il a signalé l'invasion d'un fléau qui menacerait la prospérité sociale, le repos du monde et la civilisation elle même; une dénomination nouvelle a même été imaginée

pour désigner ce nouveau péril. De toutes parts on a craint de voir surgir une nuée d'indigents; déjà quelques personnes ont cru la voir se montrer; on a supposé que son extension n'aurait plus de bornes. Le péril a été admis comme constant, quoique dénué de preuves; dès lors on s'est à l'envi efforcé de découvrir les causes, d'indiquer les remèdes.

Cependant cette épouvante, quelque générale qu'elle soit, elle est justifiée par les faits? .... Si l'on ne peut justifier par aucun document positif le prétendu accroissement du paupérisme, on peut donner de preuves certaines, qui attestent une tendance contraire dans les pays bien administrés. Ainsi le nombre des indigents inscrits aux secours publics a diminué, à Paris, de près de moitié en quarante sept ans, quoique la population de cette grande cité ait presque doublé, pendant le même intervalle de temps; et cependant toutes les causes aux quelles on attribue l'augmentation progressive du fléau conspirent à la fois dans la capitale de France. La mendicité a disparu entièrement dans plusieurs États; elle est fort diminuée dans quelques autres. Les pauvres eux-mêmes sont en général mieux vêtus et mieux nourris, mais ce qui établit de la manière la plus éclatante une réduction progressive et générale en Europe de la masse de misère, c'est l'abaissement progressif et général de la mortalité, la prolongation de la vie moyenne." (Vid. etiam de Sitter. I. l. p. 74 sqq.

§ V.

PERVERSAE QUAEDAM OPINIONES.

Finem nunc huic disquisitioni imponere possem, nisi brevissime etiam tractanda esse videretur sententia eorum, qui in concursus liberi abolitione et Communistarum Socialistarumque opinionibus, summum bonum inesse opinantur.<sup>1</sup> Hi semper fere illam etiam opinionem tuentur, quamquam non omnes, qui liberum concursum damnant, Communistis vel Socialistis adscribendi sunt.

Etiam apud nostros, non apud plebem tantum, sed apud viros etiam cultos, talia invenimus. Hanc sententiam e. c. tulit nobilissimus philanthropus O. G. Heldring.<sup>2</sup> Quam autem inique, ita de saluberrima illa libertate judicent, in omnibus fere libris de Oec-politica inveniri potest, et maxime

<sup>1</sup> Sic l. c. Louis Blanc, liberum concursum nominat: „*Un système d'extermination; un lâche et brutal principe.*”

<sup>2</sup> In opere quod inscribitur: „*De armoede en het Christendom,* liberum concursum appellat: *Een zielverdoovend beginsel.*”

sane mirum fovet, si illa libertas, — tantopere productioni favens, et omnium fere mercium pretia diminuens, qualitatemque meliorem reddens, quod necessario in commodum majoris incolarum partis esse debet, — ad paupertatem duceret.<sup>1</sup>

Restat ut breviter quaedam addamus de communistis eorumque affinibus socialistis.

Communismus illa doctrina vocatur quae omnibus hominibus jus tribuit omnium divitiarum aequalem portionem possidendi. Haec igitur doctrina plane adversatur omnibus hodiernae civitatis humanae institutis et hoc ejus propositum est ut

---

<sup>1</sup> Mr. Boer, in recensione operis supra laudati, rectissime observat: „Het is intusschen vreemd dat wij alleen als *verkoopers* zoo denken en spreken, juist omgekeerd echter zoo dra wij iets van anderen noodig hebben; in het laatste geval erkent men gaarne dat de vrije mededinging, de rijkste, goedkoopste en beste markt geeft en dat zij in het belang van allen is. De klagt over concurrentie is derhalve niets, dan de klagt van het eigenbelang tegen dat van het algemeen.”

Ingeniose etiam Coquelin: *Dictionnaire de l'économie politique* voce *concurrence*: „On ne défend pas le soleil quoi qu'il brûle quelquefois la terre, qu'il devrait seulement éclairer et réchauffer. Il ne faut pas non plus défendre la concurrence, qui est au monde industriel ce que le soleil est au monde physique,”

Inter multa hanc rem etiam egregie et ingeniose tractavit, William Ellis, in opere s. l. Cap. IV, p. 88 sqq.

nulli sit privatum aliquid possidendi jus verum omnia inter omnes sint communia<sup>1</sup>.

Floruit vel melius saeviit potissimum in Franco-Gallia. Revolutio, quae sub finem praecedentis seculi obtinuit, ideam de perfecta aequalitate pepererat; notiones *libertatis* et *aequalitatis*, misere permiscebantur. Aequalitas perfecta sine aequali bonorum possessione cogitari non potest. Haec igitur idea divitias communes faciendi, in Gallia vigebat, praesertim apud operarios et istam classem hominum, qui nihil possidentes, nihil etiam perdere possunt. Multi, sed in primis Baboeuf, omnibus modis doctrinam illam pervulgare conati sunt.

Habebantur conventus arcani et in hac *aequalium societate*<sup>2</sup> conspirationem meditabantur, dum sententias suas in ephemeride quadam<sup>3</sup> propagare studebant, infelici tamen hoc exitu, ut ipse Baboeuf capite damnatus perierit. Post eum Lamennais et Cabet ex amore Christiano pauperibus derivabant *jus possessionis*.

<sup>1</sup> De antiquitate hujus doctrinac vide, quem laudat D. Schenkel, HUNDESHAGEN, *Studien und Kritiken* 1845, et praesertim Alfred Sudre, *Histoire du communisme ou réfutation historiques des utopies socialistes*.

<sup>2</sup> Société des égaux.

<sup>3</sup> La tribune du peuple.

In omnibus fere revolutionibus, quae in Franco-Gallia obtinuere, Communismus vel ejus affinis socialismus, magnas semper egit partes<sup>1</sup>. Ejus semina per totam Franco-Galliam in omnibus fere urbibus sparsa et hinc per plures Europae terras disseminata sunt.

Inter se communistae in varias rursus sectas divisae sunt; quorum alii eo procedunt, ut omnes foeminas omnibus communes esse velint, a quo alii quam maxime abhorrent<sup>2</sup>.

Vir nobilissimus A. Thiers<sup>3</sup>, plane, me judice,

<sup>1</sup> Conf. Dr. D. Schenkel, *Christendom en ongeloof*, XVIII<sup>de</sup> Voorlezing, over *de Communisten*.

<sup>2</sup> Ita hanc doctrinam describit Henri Baudrillart (Dict. de l'econ. pol. voce *communisme*.)

„Le communisme est cette doctrine qui le plus souvent au nom de l'intérêt général et de la justice absolue, voit dans la mise en commun des personnes et des choses le type de la perfection sociale. . . . Fausse idée de la liberté et de l'égalité voila le point de départ du communisme, tout le reste en découle. Méconnaissant et mutilant la liberté et l'égalité, il sacrifiera par la même des vrais droits pour inventer des droits chimériques. Le communisme arme l'individu de droits mensongers, pour y satisfaire, il surcharge l'état de droits impossibles. Double germe d'anarchie et de despotisme, qui ne laisse à la société d'autre alternative que la guerre abandonnée de tous contre chacun et de chacun contre tous, ou que la plus dure servitude.”

<sup>3</sup> Celebri in opere: *de la propriété*.

quaestionem solvit, duobus modis, argumentis directis, et argumentis *ex absurdo* petitis, luce clarius hujus doctrinae errores ostendit et proprietatis jus vindicat, probans: communisnum omnem laboris ardorem extinguere, unde minor productio majorque paupertas necessario sequi debeant,<sup>1</sup> porro communismum omnem hominum libertatem tollere, denique communismum, vinculo familiae sublato, omnem virtutem tollere et moralitatem et felicitatem.

De communistis aureos quantumvis promittenibus montes, in sanando illo pauperismi morbo dicimus „non tali auxilio, non defensoribus istis.” — Nec plura bona exspectamus a Socialistis, si vera sunt, uti esse credo, quae dicit A. Sudre, socialista esse hereticos religionis, cuius orthodoxiae culmen in conununistis quaerendum est<sup>2</sup>; quid quoae de istis hereticis exspectari potest, si talis est orthodoxy. Experientia eos eorumque doctrinam ju-

<sup>1</sup> Recte et ingeniose ille: „Il faudra dans une société de trente millions d'âmes, qu'ils (les parents) travaillent à améliorer le sort de trente millions d'individus, pour qu'il arrive, un trente-millionième à leurs enfants.” Quae pictura certe cuique arridebit.

<sup>2</sup> Ita ille in opere s. l. *Histoire du Communisme etc.*: „Les divergences socialistes, ne sont que les hérésies, de la religion dont le communisme égalitaire est l'orthodoxie.”

dicavit, Owen, St. Simon, Fourrier, Enfantin, Pierre Leroux, quamquam in pluribus inter se dissentientes, hoc uno inter se conveniebant, quod doctrinâ suâ, nil nisi malum efficere potuerunt. Hoc tamen bonum habent, quod exempla praebent, quae aliis evitanda sunt, et docent longe aliam viam ad plurimorum felicitatem ducere<sup>1</sup>.

Ipsum igitur communismi et socialismi principium perniciosum esse ducimus<sup>2</sup>, et toto ex pectore optamus vera esse quae de socialismo affirmat Louis Reybaud: *Dicere de eo, hoc fere est, dicere orationem funebrem.*

Sed haec de utraque doctrina, quam obiter tantum attingere in animo erat, sufficient; — nocere eas è vitae religiosae èt igitur moralitati èt felicitati materiali affirmare haud dubito.

Ne vero, Lector Benevole! qui huc usque pati-

<sup>1</sup> Conf. porro Stuart Mill, *Principles of Political Economy*, I. II, cap. I, § 3 et 4. — Qui autem interdum illos ingeniiosius quam verius defendisse mihi videtur.

<sup>2</sup> Hoc contra Doctissimum van Limburg Brouwer, ubi in opusculo s. l. *Opmerkingen over armenverzorging*: „Werpt men mij,” inquit, „tegen dat ik het socialisme in de hand werk, ik antwoord dat mijn beginsel socialistisch moge zijn, maar de toepassing daarvan alleen dan gevaarlijk wordt, wanneer men zich aan de overdrijving schuldig maakt, die tot de kwalen dezer eeuw behoort.”

entia me prosecutus es, longius te retineam, hic finem faciam, pulcherrimis his verbis, quibus et A. Sudre, praestantissimum suum opus concludit ; „Et quel est donc l'homme de coeur, l'homme d'intelligence qui ne reconnaîsse qu'il y a des souffrances à soulager, des plaies à cicatriser, des progrès à accomplir; que l'amélioration du sort du grand nombre ne doive être le but constant des efforts de tous?

Quel est celui qui ne consacre point à la solution de ce grave problème les efforts de sa pensée; qui ne contribue à cette oeuvre sainte par la pratique de la bienfaisance et de l'humanité.

Mais cette oeuvre est hérissée d'obstacles et de difficultés, dont les moindres ne sont pas celles qui proviennent du fait même de ceux, dont il s'agit de rendre le sort meilleur. Elle exige de la persévérance et du temps, disons le, elle est éternelle, car c'est la tâche de l'humanité.

---

---

## THESES.

---

### I.

Charitas erga pauperes rite et ample exerceri potest,  
nullis offensis, doctrinae oeconomico-politicae praeceptis.

### II.

Argumentum *Cosmologicum*, quod dicitur, non valet ad  
Dei existentiam probandam.

### III.

Dolendum est et rei Christianae noxium, theologos in  
litibus dogmaticis minus attendisse ad ea, in quibus con-  
sentirent, quam ad ea, de quibus dissidentirent.

### IV.

Recte v. cl. J. H. Scholten: quaestio mundi sex diebus  
creati „disciplinae geologicae dirimenda relinquatur.”

— 81 —

V.

Orationem montanam non ex variis Jesu varia opportunitate dictis, a Mattheao, conflatam esse statuimus.

VI.

Servitus genuinae Religionis Christianae indoli adversatur.

VII.

Testimonium Spiritus Sancti, uti exponitur a v. cl. J. H. Scholten, rectius nuncuparetur testimonium spiritus humani.

VIII.

Patres Dordraceni, quamquam laudabili consilio ducti, errarunt, quum Supra-Lapsariorum sententiae sententiam Infra-lapsariorum anteponerent.

IX.

Errant qui nimio Proselytismi, qui dicitur, metu ducti, omnem Protestantismi propagationem damnant.

X.

Christi effatis Matth. V:33 sq. coll. XXIII:16 sq. jusjurandum omnino improbari contendimus.

XI.

Errant qui Dei admittentes praescientiam, praedestinationem negant.

XII.

Vera moralitas sine religione vix aut ne vix quidem cogitari potest.

XIII.

Verba, quae leguntur Matth. VI:13, *ὅτι σοῦ ἔστιν  
ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δοξα, ἵνε τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*  
spuria esse statuimus.

XIV.

Recte v. cl. J. H. Scholten, *Leer der Herv. Kerk*  
enz. t. II. p. 406 2. edit. dicit: „dit probleem (peccati  
in genere humano origo) is nog niet opgelost en gaarne  
erkennen wij dat de antinomie ons onoplosbaarder gewor-  
den is, naarmate wij het leerstuk der zonde dieper door-  
dachten.”

XV.

Assentimur viro consultissimo Faber (diario, *de Gids*  
m. Aug. 1851, in disputatione, *over Pauperisme en*  
*Armoede*) dicenti: „mogt men leeren inzien, dat het  
„hoog noodig is, dat men in het stuk van armenzorg  
„den ouden weg verlate en een anderen weg betrede,  
„die niet tot het Communisme, maar tot het Individua-  
„lisme voert.”

---

AAN

MIJNEN INNIG GELIEFDEN ZOON

E. F. VAN DISSEL,

CANDIDAAT TOT DE H. DIENST.

BIJ ZIJNE OPENBARE BEVORDERING TOT DOCTOR IN  
DE GODEGELEERDHEID.

(voornemens zijnde een anderen werkkring te aanvaarden.)



De sterv'ling wikt en weegt maar — God wijst hem zijn pad!  
HIJ, de allertrouwste gids in 't doolhof van dit leven;  
Die liefdrijk, mild en wijs onthouden zal en geven,  
Wat schade of zegen is op reis naar SIONS stad!  
Zult gjij den roem van 't KRUIS den volke niet verkonden  
Van 't Godgewijd gestoelt', dat in Zijn tempels staat;  
Getuige van den HEER, als een'gen toeverlaat,  
Uw woord en wandel, Zoon! en 't meest uw laatste stonde!  
Gij, die noch nu, noch ooit, uw Vader hebt bedroefd,  
Van toen uw mond dien naam voor 't eerst heeft leeren staam'len,  
Zie op uw weg een keur van zegen zich verzaam'len,  
Tot gjij den laatsten drup uit 's levens beker proeft!

BHL, 9 Junij 1856.

VAN DISSEL, Jz. M. D.

